



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XVIII. Cor fidele: ubi fit sermo de miraculoso sanctissimæ Virginis partu, per quem dat terra, quod accepit è cælo, ut redderetur ipsi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

ratione minus eò, quòd ipsemet facit Deus? Tandem exitur ex eà, ut non advertatur; siquidem hoc accidit nunquam, nisi per vecordem quandam oblivionem, quæ attentionem aufert animæ, qua fer-

tur in Deum, absque eo, quòd id advertat. O Deus bone! custodi nos à funesta hâc tuæ præsentis oblivione, quæ inæstimabilibus exspoliat nos bonis, & malis nos obruit innumeris.

CONSULTATIO XVIII.

Cor fidele, ubi fit sermo de miraculoso Sanctissimæ Virginis partu, per quem dat Terra, quòd accepit è caelo, ut redderetur ipsi.



Uam parùm securæ spes nostræ sunt ac fiduciæ, si non nisi nostris innitantur desiderijs! Lætabat spe suavissimâ, dum vehementissimo me succensum expetiebat desiderio degustandi hîc innocentem voluptatem Consultationis jucundissimæ, quam perceperim unquam ex ore amantissimi Ductoris ac Comitæ mei, ab initio ad præsentem usque diem; Cùm viderem, quòd loqui mihi vellet de egressu Filij Dei ex utero Virginis Matris suæ, promittebam mihi, eodem perfundendâ fore gaudio animam meam, quò nostri perfunduntur oculi, ab initio diei, quando aurora progignit nobis solem! siquidem hæc hora est, ubi tota gaudio demulcetur natura. Sed attonitus hæsi,

dum dixit mihi; Non est hîc locus alicui Consultationi; siquidem in Consultationibus loquendum est; verum hîc non requiruntur verba, sed universale requiritur silentium, & profunda admiratio. Taceamus, inspiciamus sollicitè, & maneamus toti abrepti extra nos ipsos, ex aspectu innumerorum prodigiorum, quæ nostris occurrunt oculis, & silentium imponunt omnibus Creaturis: *Dum medium silentium tenerent omnia*: Et hoc dicens atollebat in cælum oculos, & exin ultro citroque circumagebat illos, ac brachia crucis in motem extensa elevans, dicebat voce admodum submissâ, languente & velut moriente: Omnia hîc sunt ineffabilia, ineffabilia, ineffabilia, & exin conticuit.

Sed hoc ipsum (dicebam ei, ut excitarem illum & impellerem ad pro-

Admiratio
prodigiosi
partus Vir-
ginis.

I. Leo.
lem.
Nativ.

prosequendum discursum suum) hoc ipsum, quod est ineffabile, suppeditare tibi debet amplissimum loquendi campum & argumentum; nunquam enim, quid quid dicere poteris, satis de ipso dicere potes. Quando argumentum aliquod tantæ conspicitur magnitudinis, ut nec concipi possit tota ipsius amplitudo, nec explanari tota ipsius excellentia, an propterea nihil omnino de ipso dicendum sit? Nunquam igitur aliquid dicendum foret de Excellentijs Dei, quæ protius sunt ineffabiles? Facundissimus omnium, qui texerunt Ecclesiam, Summorum Pontificum, Magnus Sanctus Leo, cum loqui vellet de inestimabili felicitate, quæ universus tunc locupletatus est mundus, quando natus est Infans JESUS ex utero Virginis Matris suæ; eumque videret tantum argumenti Majestatem excedere omnino vires divinæ suæ facundia, lætabatur se hæc devictum esse occasione: *Sentiamus, inquit, nobis bonum esse, quod vincimur; Agnoscamus & fateamur, magno nobis esse commoto, quod argumentum, de quo hic nobis sermo, omnem nostram transcendat facultatem: an propterea obmutuit, quin loqueretur de eò disertissimè?*

I. Leo.
tom. 9 de
Nativitate.


Omnia magna & sublimia, eò quod intentus tuas conspiciat ibi excellentias, quas tua non potest explicare.

R. P. Ignac Consultat. Tom. III.

care lingua, quasque deprehendis sublimes nimis, quam ut de ijs loqui possis, sunt ex adverso respectu mei totidem loquendi argumenta, eò quod plura ignorem ex ijs, quam de ijs te possem interrogare. Tua permittet patientia, ut quæstionibus te fatigem, quatenus extorqueam ex te veritatem; & tua volet charitas ex sua mihi communicare abundantia; & quia mortales miseri, qui habitabant in regione umbræ mortis, ceperunt hodie videre lucem magnam e cælo, juxta vaticinium Prophetæ Isaiæ, non intermites meas illuminare tenebras, conferendo mihi aliquam ineffabilis hujus mysterij intelligentiam, quantum invenieris in me capacitatis, ad intelligendum illud saltem imperfectè.

Isaiæ 9. 1.
1.

Benignè meis annuebat votis; unde nihil tam difficilè meæ occurrebat menti, quod ipsi proponerem, cujus mihi non daret declarationem, quæ non solum meum replebat animum cognitione, ipsiusque dissipabat tenebras, sed meum quoque cor, nescio, quæ divinâ delinebat unctione, ipsiusque emolliebat duritiem. Mei, si volueris, capes partem solatij, evolvendò hic enarrationem, quam tibi desuper facio.



IIII

ARGU.

ARGUMENTUM.

De Unione admirabili Virginitatis cum Maternitate in personâ Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS I.

Maximum prodigium fidei est, Virginitas & Maternitas juncta in personâ Sanctissimæ Virginis.

Incepi igitur ipsum interrogare: Quomodo possibile est, credere potuisse mundum, quod Virgo pepererit Filium, & manserit semper Virgo? Quod conspecta fuerit iuncta conjugio, quod evaserit grvida, quod novem mensibus suum portaverit Filium in suo utero, more aliarum Matrum, & pepererit nunquam non Virgo? quod suum nutrit Filium lacte suorum uberum, & nunquam desit esse Virgo? quâ ratione homines suum potuerunt captivare intellectum ad recipiendum hoc tanquam indubitam veritatem, cum tamen tam parùm habeat verisimilitudinis?

Verum est, respondit mihi, si attendantur sola experimenta sensuum, vel solæ cognitiones rationis humanæ, vel usitatae leges naturæ, nunquam aliquis hominum sufferre solum potuisset, id sibi proponi tanquam veritatem, eoque adverteretur omni sensuum nostrorum experimento: Est ipsa omninò incomprehensibilis cunctis rationis nostræ cognitionibus; subvertit ipsa omnes naturæ leges, & tandem nihil hinc videre est, quod verisimile videatur.

Sed est articulus fidei, quem utique revelatum nobis scimus è cælo: Communè est omnibus fidei articulis, quod terræ nostræ non sint fructus, nec nostri ad inventiones ingenij; ita transcendunt ipsi naturalem nostram cognitionem, ut hæc nunquam attollere se posset usque ad ipsos, nisi Deus descendere illos faceret ad nos, nobis ipsos manifestans per fidem: nihilominus sunt illorum aliqui, qui non solum transcendunt rationem, sed rationi etiam videntur contrariari: ita ut, cum hæc non habeat vires ad comprehendendum illos, arma inquirat, quibus illos oppugnet, seque obfirmet, ne illos credat.

Inter hos fateor, illum, qui concernit unionem Maternitatis cum Virginitate, in Matre Infantis JESU, vi cuius credere tenemur, quod pepererit ipsa semper permanens Virgo, quasi magis offendere rationem nostram naturalem, nostrorūque experientiam sensuum: Verum tamen est, quod Deus confirmare illum voluerit nobis argumentis tam manifestis ac validis, ut illorum sit unus, qui diebus hæc videretur nobis certissimus.

Nōd.

Nonne vides, quomodo Deus, ut præpararet à longè animos hominum, ad credendum hoc prodigium, prædixerit id illis longo antè tempore, per ora vatium suorum, diverſis temporibus, & pluribus diverſis modis. Iſaias multis ſæculis ante partum Matris Virginis dixerat: *Ecoe Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur Nomen ejus Emmanuel;* quod est, Deus nobiſcum: Et quid vult dicere, Deus nobiſcum, niſi Deus & Homo ſimul uniti in perſonâ Divini hujus Infantis? Deus igitur nos certificat, quod Virgo illum tum conceptura, tum paritura ſit permanens Virgo.

Deinde idem hic Propheta, quæſta extra ſe raptus aſpiciendo magnum hoc prodigium, quod præviderat & prædixerat, exclamat à ſibi: *Generationem ejus quis enarrabit?* An aliquid ſit luculentius ad declarandum nobis, quod Virgo futura ſit Mater Filij, quem conceptura & paritura erat permanens Virgo, quodque generatio hæc futura ſit admirabilis, omnemque exceſſura captum intellectus.

An nôſti, dicebam ipſi, quod omnes Judæi, omnésque impij, qui judaizant cum ipſis, non convincantur hoc Iſaiæ textu? Siquidem Propheta aſſerit nobis quidem, quod Virgo conceptura & paritura ſit Filium, ſed non aſſerit, ipſam permanſuram ſemper Virginem ſuum poſt partum: Interrogat is

quidem, quis enarrare poterit ipſius generationem; ſed non dicit, quis poterit enarrare unionem hanc Virginitatis cum Maternitate in illa, quæ peperit ipſum.

Hoc eſt, velle eludere, reſpondit mihi, ſed non eſt enervare robur textus Iſaiæ; obſerva id bene, & invenies invincibile: Promſerat Deus Regi Achaz inuſitatum quendam favorem, quem credere vix poterat ſe accepturum; Et ut ipſum confirmet, Iſaias dicit illi: *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo;* Efflagita miraculum ab Omnipotentia Dei, quod excogitare poteris maximum, circumſpice ubique à ſummo cæli uſque ad profundum inferni, quodque volueris, require prodigium: Non faciam, inquit Achaz, non tentabo Dominum Deum: Iſaias reſpondet ad hoc: *Audite ergò domus David;* propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum, ſed ſignum tam inuſitatum, ut rapturum ſit in admirationem univerſum mundum, prodigium tam ſtupendum, ut nunquam ejusmodi ſit conſpectum, nec unquam ſit conſpiciendum; prodigium, quod videbitur tam magnum, tanque incomprehenſibile, ut redditurum ſit attonitos omnes Angelorum hominumque intellectus: Et quale eſt hoc? *Ecoe Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur Nomen ejus Emmanuel;* id eſt, Deus nobiſcum, Deus. Homo, & Homo. Deus.

Hem! Quis enarrare poterit admirabilem hanc generationem.

Quomodo intelligis hoc, tu qui vel Judæus es, vel qui Judæus? ubi comperies ingens hoc prodigium? Ubi erit hoc miraculum nunquam conspectum, nec unquam à Deo factum? si credas, prophetam dicere tantum voluisse, quod Virgo conceptura sit Filium amittendo suam Virginitatem, more aliarum Virginum, quæ Virgines esse desinunt, dum fiunt Matres? si dicere duntaxat voluit, ipsam parituram hunc Filium Matrem aliam ritu, suam perdendo integritatem, quid miraculi foret in hoc? ubi esset inauditum cunctis sæculis prodigium, & à Deo nunquam exantlatum? An esset hoc igitur tota declaratio, quam daret supplicanti Regi, ad demonstrandum ei, se esse Omnipotentem? Vide an hoc sanæ non adversetur rationi?

Quando promittit Deus prodigium cunctis sæculis inauditum, suæ omnipotentiae miraculum omnino novum, & nunquam hucusque visum, procul dubio non expectatur aliquid jam usu receptum, quod conforme sit cursui naturæ, quodque nihil in se complectatur singulare. Quod Virgo concipiat Filium suam perdendo Virginitatem, non est miraculum; sed quod Virgo concipiat Filium suam Virginitatem conservando, tantum est prodigium, ut, possibi-

le non sit nisi omnipotentis Dei brachio: quod Virgo pariet filium & evadat Mater, dum cesset esse Virgo; non est miraculum: sed quod Virgo pariat, sitque Mater, quin desinat esse Virgo, est prodigium inauditum, quodque possibile non est, nisi Omnipotentiae Dei. Manifestum igitur omnino est, quod Prophetæ promittens Regi Achaz, prodigium omnium maximum, quod universus orbis conspexerit unquam à creatione suâ, & à summo caelo usque ad infimam abyssum terræ, locutus sit ipsi de Matre Virgine: Ecce tibi illam in Personâ Sanctissimæ Virginis! *Ecce! Virgo concipiet & pariet Filium.*

Si parum nimis est unius Prophetæ oraculum ad attestandum hanc veritatem; en tibi secundum, qui nonnullis post sæculis secutus est ipsum, & hic est Jeremias capite trigesimo primo afferens nobis: *Creavit Dominus novum super terram, femina circumdabit virum.* Intelligite mortales: Creabit Dominus prodigium novum in terris, hominem in utero suo gestabit femina, non erit is parvus infans, siquidem hoc novum non est, sed perfectus erit vir. De quo hoc potest intelligi, nisi de Filio Sanctissimæ Virginis? Vir perfectus à conceptione suâ, plenus æquè sapientiâ & Sanctitate, quamvis inclusus in utero Matris suæ, quam docens in medio civi-

Alia ratio-
ne ipsius
vaticina-
tus.

Secundum
argumen-
tum per
Jeremiam,
c. 31.

Tertium
argumen-
tum per
Isaiah
lem.

latum

I. Bernar-
dus hom. 2.
super Mil-
lari.

tatum, juxta est cum S. Bernardi
dicentis: *Neque minus sapientia
habuit lucens in utero, quam do-
cens in populo.* Non concipietur
is ab alio homine (hac enim non
nisi ordinaria foret generatio) sed
erit opus creationis, ubi Deus solus
omnem suam impendit omnipo-
tentiam absque concursu alicujus
creaturæ: *Creavit Dominus.* Et
ideò propheta uti hic debuit no-
mine feminae, & non Virginis;
ne, cum locus fuerit de creatio-
ne, quæ est opus Dei solius, cre-
deretur, quòd Sanctissima Virgo
nihil contribuerit ad generationem
hujus Dei-Hominis, & consequen-
ter ipsa non fuerit vera ipsius Ma-
ter. Nuncupat ipsam igitur femi-
nem ad demonstrandum quòd sit
Mater, & non negandum, quòd
etiam fuerit Virgo. Et hoc prodi-
gium est novum, nunquamque vi-
sum, quòd ipsa sit Mater, quòd-
que ipsa sit Virgo.

Tertium
argumen-
tum per
Ezechie-
lem.

An non sufficiunt adhuc duo
hæc illustria testimonia Isaie & Je-
remie? Ecce tibi tertium, qui va-
ticitatur & futuris promittit sæcu-
lis ex mandato Dei ipsam prodi-
gium, alia illud exprimens ratione;
& hic est Ezechiel, qui sub meta-
phora Templi revelavit nobis pro-
fundissima arcana de Verbo Incar-
nato. Unum ex stupendissimis est,
quòd Mater, quæ ipsum peperit,
semper permanserit Virgo: Et ecce
quomodo Virgineam ipsius prædi-
xerit integritatem. Recenset,

quod Angelus Domini deduxerit se
ad portam Sanctuarij, quæ respicit
orientem, quòdque invenerit ip-
sam clausam, Angelo sibi dicente.
*Porta hæc clausa erit, & non ape-
rietur, & Vir non transibit per eam
quoniam Dominus Deus Israël in-
gressus est per eam, erique clausa
Præcipi, Princeps ipse sedebit in ea.*

Sancti Patres, & omnes Carho-
lici Doctores, qui suo intellectu
lumine declarare voluerunt nobis
hujus obscuritatem Vaticinij, infi-
nuarunt nobis, sanctuarium hoc
aliud non esse, nisi Sanctissimam
Virginem, eòquòd ipsa sacrum sic
Tabernaculum, in quo reposita
fuerit vera fœderis arca, Verbum
Incarnatum: per partem orienta-
lem intellexerunt Novitatem tem-
poralem Filij ipsius Unigeniti, eò-
quòd divinus hic sol ingressus sit
mundum per ortum suum; & per
portam hanc sanctuarij, quæ semper
clausa mansit, non absque ratione
crediderunt, Prophetam intellexisse
Virginitatem & integritatem sem-
per inviolabilem Matris, quæ pe-
perit Salvatorem mundi.

Sanctus Augustinus verbis cla-
rioribus, quàm omnes alij interro-
gat: *Quid est porta in domo Domi-
ni clausa, nisi quòd MARIA sem-
per erit intacta? & quid est, Homo
non transiit per eam, nisi quia Jo-
seph non cognovit eam? & quid est,
quòd Deus solus intrat & egreditur
per eam, nisi quia Spiritus Sanctus
impregnavit eam? & quid est, quòd*
clausa

Ezech. 44.
v. 2.

S. August.
serm. 14.
de Natali
Dom.

*clausa erit in æternum, nisi quia
MARIA Virgo ante partum, Vir-
go in partu, Virgo post partum? An
dici quid possit clarius vel solidius,
pro confirmatione magnæ hujus
veritatis?*

Hoc bonum est, dicebam ipsi
pro ijs, qui fidem adhibent testi-
monijs Sacræ Scripturæ, sancto-

rùmque Patrum doctrinæ: sed
quomodo ijs, qui hisce se submit-
tere non volunt, persuadere sibi
possent rem adeo stupendam & in-
comprehensibilem? Deus prospex-
it hic, respondit mihi, modo quo-
dam admirabili, & ecce quo-

modo?

**

*

ARGUMENTUM.

*Obcæcatisimi in tenebris infidelitatis habuerunt
certa lumina ad cognoscendum prodigium Matris
Virginis.*

ARTICULUS II.

Nihil tam in mundo est mise-
rum, cui non contulerit
natura certum quendam
instinctum, quo dirigeretur ad co-
gnoscendum Deum si veller illum
sequi. Non sunt etiam populi
tenebris ignorantie aut infidelita-
tis ita obvoluti, quibus Deus non
concesserit certa quædam lumina,
per quæ cognovissent veritatem
Dei-Hominis, & Matris Virginis,
si intelligere potuissent id, quod
dicebant, vel quod faciebant.

Dum destinavit cælum Prophe-
tas veritatis ad populum Judaicum
Religionem veri Dei profitentem,
non defuit in hoc cæteris homini-
bus falsorum deorum profitenti-
bus Religionem: Siquidem do-
num Prophetiæ, quæ gratia est
gratis data, quæque magis servit
ad salutem aliorum, quam illius,

qui hanc accepit, collectum fuit,
uti asserit S. Thomas, pluribus
Paganis, qui annuntiabant verita-
tes, quas non intelligebant, quæ-
que erant in mundo velut faculæ
accensæ, quæ illuminant alios, dum
ipsimet nihil videbant.

Nõnne Prophetia erat collata
universo Imperio Romano in Per-
sonâ Cæsaris Augusti, qui Domi-
nus erat mundi? Cum Imperator
hic interrogasset aliquando unam
ex Sybillis, quæ gentilitatis erant
Prophetissæ, an nacti unquam in
mundo posset quis alius potentior
se; ostendit Deus Sybillæ huic so-
lem, in cuius medio apparebat Vir-
go quasi sedens in throno suo, ge-
stans in sinu Infantem pulcherri-
mum, cum circulo aureo circum-
dante hæc omnia, & voce è medio
throni prodeunte ac dicente: *Hæc*

Pulchrum
documentum à Deo
datum Cæ-
sari Augu-
sto per
quendam
Sybillam.

est ara cœli Intellexit ipsa per hoc, Iolanem hunc esse supremum Monarcham cœli & terræ, hancque Virginem esse ipsius Matrem; hocque Altare circulo aureo circumfusum significare summos honores ipsi impendendos per universum orbem; & desuper dixit Imperatori: Natus est hodie ex Virgine Dominus potentior te. Imperator, qui primus esse voluit in ipso honorando, magnificum erigi curavit ipsi Altare cum inscriptione: *Altare Filii Dei.* Et hoc exploratum fuit atque perspectum toti Imperio. Ecce igitur jam universum mundum Paganum, ratione quidam informatum circa veritatem Matris Virginis & Infantis Dei. Videri possunt, qui hoc recensent, Orosius, S. Antoninus, Nicephorus, Svidas, Innocentius III. & plures alij.

Nonne alia Prophetia erat, manifestissime declarans toti universo veritatem partus ex Sanctiffimâ Virgine? *Ædificaverant Romani, qui pacificè dominabantur toti mundo, tam solidum, tamque magnificum Templum Paci, ut promitterent sibi, id nunquam solo æquandum. Consuluerunt desuper oracula, id est, dæmones, qui quidem sunt Patres mendacij. Sed quos Deus non nunquam cogit ad manifestandum nobis veritatem, & interrogaverant eos, quantis sæculis perstiturum esset hoc Templum; tribus verbis responderunt*

illi: *Quotiesque Virgo pariat.* Crediderunt ipsi eventurum nunquam hoc prodigium, & consequenter Templum suum fore æternum; hinc gloriosam hanc posuerunt ipsi inscriptionem, tanquam coronam temporum Triumphatori, *Templum Pacis æternum:* Et tamen eadem horâ, quâ Sanctiffima Virgo peperit in Bethleem Infantem Deum, directum & subversum fuit Romæ Templum Pacis, abs eò, quod hujus casus causa constaret. Nonne debuissent illam inquirere & meminisse oraculi sibi affirmantis, suum subversum iri Templum, cum Virgo pepererit. Nonne ex argumento hoc tam evidenti cognoscere potuissent & debuissent veritatem Virginis Matris? Quamvis non omnes Auctores conveniant, id Templum fuisse Pacis. Placeat desuper inspicere & loquentem audire Sanctum Bernardum sermone sexto de Nativitate salvatoris nostri.

Erat insuper alia adhuc Prophetia plurimum stupenda, quæ tanta est antiquitatis, ut non constet de ipsius origine, quàmque recenset S. Thomas in summâ, cui nil inserit, nisi solidissima; & est, quod tempore Constantini Augusti & Matris ipsius trenæ, apertum fuit antiquum aliquod monumentum, in quo inventus fuerit vic quidam, qui gestabat supra pectus suam laminam auream, his verbis signatam: *Christus nascetur*

3. Bernard.
serm. 6 de
Nat. Dom.

D. Thom.
2. 2. q. 2. a.
7.

Oros. lib.
4. c. 20.
Anton. 1.
p. hist. tit.
4. c. 6.
Svidas in
August.
serm. 2. de
Nat. Dom.

Romani
adhuc Pa-
gnis cou-
stare debe-
bat de ve-
ritate Ma-
tris Virgi-
nis.

h. h. h. h.
cum
m. 2. Deo
cum Ca-
si Argo-
o per
andam
yllam.

Pulchra
antiquitas
relata à S.
Thoma.

ex Virgine, & credo in eum. O
sol! videbis me iterum sub Constans-
tino & Irenâ. Non constat, quâ
mundi ætate vixerit hic homo; ex-
ploratum tamen est, quod tempo-
re suo noverit hanc veritatem,
quam respiciebat velut futurum:
patet etiam, quanti fecerit ipsam,
cum inscripserit ipsam auro, se-
cumque supra pectus suum porta-
re voluerit in tumulum; & vix du-
bitari potest, quia illam publica-
verit mundo, dum agebat in vi-
vis: ecce igitur mundum informa-
tum longo tempore circa verita-
tem Virginis Matris.

Commen-
tarij
de Julio
Cæsare.

Verum nihil est in totâ anti-
quitate celebrius illo, quod fece-
runt Druides, qui erant velut o-
racula totius Galliæ, eoque emi-
nerent in omni scientiarum tam
divinarum, quam humanarum ge-
nere, judicantes velut supremi ju-
dices omnes causas non solum po-
liticas, sive civiles, sive criminales,
sed etiam causas religionis; insu-
per ornati præ cæteris omnibus
puritate morum & vitæ pietate:
Neminem latet, quod hi tempori-
bus suis, quæ longè præcesserunt
tempus Nativitatis Salvatoris mun-
di, exererint aliquam statuam, in
honorem Virginis, quæ partura
erat, hancque apposuerint inscri-
ptionem: *Virgini partura*: Et
imago hæc, quæ hucusque con-
servata est, hodiecum magnâ cum
Veneratione colitur in celebri
Ecclesiâ Dominæ nostræ Carnu-

Probatio
celeberrima
& solida
per
Druides.

tenli. Totus igitur orbis paganus
longo tempore informatus fuit
circa veritatem Virginis, quæ pa-
ritura erat permanens Virgo: Quis
enim ignoravit sapientiam & pie-
tatem Druidum? Et quis noticiam
non habuit imaginis ab ipsis ere-
ctæ in honorem Virginis, quæ pa-
ritura erat? Virgini partura.

His omnibus adjiciam testimo-
nium Sybillarum, quæ tam clarè
locutæ sunt de veritatibus nostri
Evangelij, ut videatur potius texe-
re illarum historiam, postquam
viderunt illas, quàm suppeditare
illarum prophetias, postquam per
revelationem illas didicerunt. Le-
ges omnes, & illarum nec videbis
unicam, quæ luculentis verbis lo-
cuta non sit de Matre Virgine &
de Infante DEO, quem partura
erat permanens Virgo.

An igitur tanti æstimas testimo-
nium Sybillarum? Maximi, re-
spondit mihi; non solum, quia
sanctus Augustinus libro decimo
octavo de nativitate Dei, & Lactan-
tius Libro primo de suis Institutio-
nibus, sanctus Hieronymus, Eu-
sebius & plures alij, magnis illas
extollunt laudibus; persuasi, quod,
etsi fuerint pagana, nihilominus
repperint à Deo donum prophete-
tiæ, vel tanquam aliquam retribu-
tionem Virginalis suæ puritatis, si-
quidem non minoris æstimabant
Virginitatem suam, quàm vitam;
vel potius, ut essent velut totidem
accensæ faculæ inter medias tene-
bras

hæc
pater
magi
civilis

bras Gentilitatis, ut ſervirent illis, ſicut ſtella inſervijt Regibus magis, ad deducendum ipſos: ad JESUM Chriſtum, ipſique eſſent inexcuſabiles, ſi non venirent ad cognitionem veritatis, clarè ſatis ſibi demonſtrare; ſi non, ut illam cognocerent, ſaltem, ut illam inquirerent, ſi vellent.

*Doctores
Paulus
magni ſe-
niſibyllas.*
Sed magni quoque æſtimo teſtimonium Sibyllarum, eodquod Clemens Alexandrinus, unus ex antiquiſſimis Eccleſiæ Patribus, nobis aſſeveret, quod ſanctus Paulus ipſemet, magnus Gentium Apoſtolus, tanti æſtimaverit ipſas, ut ſuaſerit auditoribus ſuis legere ipſarum libros, quatenus addiſcerant ex his paganis evadere in Chriſtianos. Verum eſt, conſilium hoc exarratum non inveniri in Epistoſis ſancti Pauli; credibile tamen eſt, Clementem Alexandrinum, qui non procul abſuit à temporibus ſancti Pauli, eodquod vixerit ſub Imperatore Severo in ſecundo ſæculo, didiciſſe per traditionem, quod ſanctus Paulus verbatenus id docuerit, concionem habens ad populum. Quâ ratione erod non æſtimetur id, quod Apoſtoli & ſancti Patres tanti æſtimarunt? quâ ratione inſuper quis

credat, quod hæ Sibyllæ inſpiratæ fuerint à Deo, velut prophetiſſæ, quodque dixerint veritatem, & tamen credere non velit partum Matris Virginis & nativitatem Dei Hominiſ, quem ipſa peperit, eodquod de nullâ re clarè locutæ ſint Sibyllæ?

Hæc igitur eſt veritas, quæ à nemine ignoratur, nec fideli nec infideli, eodquod ambo verba ſoceriat de illâ; Hæc eſt veritas, quæ ambigua non eſt, eodquod cunctæ creaturæ tot illam oraculis, tot illam confirmârunt prodigijs; ſed veritas eſt, quæ à nemine ſatis intelligitur, à nemine ſatis æſtimatur, eodquod parùm valde afficiat, moveat & exſtimulet animos. O DEUS! ſi conſtaret nobis, quid dicarum, pronuntiatido hæc verba: Sanctiſſima Virgo eſt Mater ſemper Virgo; eſt Virgo ante ſuum partum; eſt Virgo in ſuo partu. Eſt etiam Virgo poſt ſuum partum: O DEUS! quantâ admiratione noſtri abriperentur animi? Quôſque enim ſe res extendet, ſi admirandæ ipſius perpetuantur conſequentiæ; annorabo tibi hæc ſolum illarum tres vel

quatuor.

* * *



ARGUMENTUM.

Consequentia, quæ deducuntur ex eo, quòd Sanctissima Deipara sit, Mater semper Virgo.

ARTICULUS III.

Compara-
tiones inter
Patrem
Virginem,
& Matrem
Virginem.

CUm ipsa sit Mater semper Virgo, sequitur inprimis, quòd vinculo quodam sacro & prorsus ineffabili jungat divinam suam Maternitatem cum fecunditate Patris æterni. Non erant nisi solæ duæ hæ personæ, quæ inter se, & sibi invicem conveniebant; Utraque est fecunda, & utraque est Virgo, & ambæ non habent, nisi eundem Filium; Utraque producit illum ex propria suâ substantiâ absque concursu alterius principij; Nam Pater producit illum absque Matre, & Mater producit illum absque Patre; Utraque ergo est simul Pater & Mater Filij sui Unigeniti, qui totus integer est unius, & totus integer est alterius; Alij infantes & filij spectant dimidiâ ex parte ad Patrem, & dimidiâ ex parte ad Matrem, & neuter ex duobus dicere potest; Est integer meus. Solus est Pater æternus, qui dicere potest: Filius meus Unigenitus est totus integer meus, eòquòd non sit Mater, quæ concurreret mecum, ut esse conferret ipsi. Similiter non nisi sola divina MARIA dicere potest: Filius meus Unicus est totus meus, eòquòd non sit

Pater, qui concurreret mecum ad conferendum esse illi: Ego sum Pater, sed ego sum Virgo, diceret Pater æternus; Ego sum Mater, sed ego sum Virgo, diceret Sanctissima Virgo. O Paternitas Virginalis! O Virginalis Maternitas! quam arcta hæc Unio! quam sacrum connubium inter vos, quod habere non potestis, cum aliâ quâvis personâ, quæ foret vobis congrua! siquidem queratur ubi vis sive inter personas divinas, sive inter personas humanas, nunquam invenietur nisi solus Pater, qui sit semper Virgo, non invenietur nisi sola Mater, quæ sit semper Virgo: Hæc est conjunctio omninò conveniens, extra quam similis haberi non potest; Est igitur connubium hoc necessarium, unde nascetur solus & unicus Filius. O gloria! O inestimabilis excellentia!

2. MARIA est Mater semper Virgo, unde sequitur, quòd oportet illam esse Matrem Dei: Nam si Deus nasci potest ex aliquo, non nascetur ex corruptione, nec impuritate, quæ dona sunt concupiscentiæ & abortus peccati; Sed nascetur è puritate Virginali, quæ cum

1. Dicitur
Accipere
de virgine
et non.

Quia MA-
RIA est
Mater Vir-
go, oportet
ipsam esse
Matrem.

cum nostram naturam humanam ita attollat, ut faciat ipsam parem Angelis, proximè illam facit appropinquare Deo. Ex altera parte si Virginitas progignere aliquam personam potest, non nisi persona erit divina, non solum, quòd, cum divina ipsa tota sit productura sit sibi simile, sed ecce rationem quoque, quam afferunt sancti Patres.

Acciderunt simul & semel duæ extases admodum appositæ, sed quæ obviaverunt sibi invicem, ad producendum eodem tempore Deum Hominem, & Matrem Virginem. Harum extasium una agredi fecit Filium Dei extra seipsum, & dilabi ipsum fecit usque in nihilum creaturæ: Altera ex adverso egredi fecit creaturam extra seipsam, ipsamque elevavit usque ad esse supremum Dei. In una, affirmat nobis divinus Areopagita, quòd nimia amoris abundantia prouere in extasim fecerit

Deum: *Propter amorem suam bonitatis magnitudinem extra se factus est*: Intra nostra demisit se brachia, eò quòd dilexerit nos charitate nimia; & S. Paulus dicit, quòd exinaniverit se. In altera extasi, sanctus Gregorius nobis asserit, quòd abundantia gratiarum & meritorum egredi fecerit sanctissimam Virginem extra seipsam, ipsamque elevaverit, vel quasi abripuerit usque in sinum Patris, ut inde tolleret Filium ipsius. Unige-

nitum, huncque proprium suum efficeret Filium: *MARIA*, ut ad *Conceptionem aeterni Verbi pertingeret, meritorum verticem usque ad solium Deitatis exivit*. Ex omni parte videbis fecunditatem & Virginitatem simul unitas; Pater, Mater, Filius: Pater est fecundus sed est Virgo; Mater est fecunda, sed est Virgo; Filius est fecundus non producendo alium Filium, sed producendo Spiritum sanctum cum Patre suo, sed est Virgo, sicut Pater ipse; ita ut verum sit dicere? Quia *MARIA* est Virgo, oportet ipsam esse Matrem Dei, & quia est Mater Dei, oportet ipsam esse Matrem semper Virginem. Quis Angelorum vel hominum intellectus susserre posset splendorem hunc & gloriam Virginis sanctissimæ?

3. *MARIA* est Mater semper Virgo: sequitur igitur ex hoc tertio, nihil cogitandum esse de illa, quòd accidere constat cæteris Matribus, nihil impuri, nihil imperfecti, nihil indecori; Ipsa non concepit suum Filium cum minimo voluptatis carnalis sensu, nec per aliquam actionem indecentem, quæ abscondi debuisset tenebris, nec cum levissima puritatis suæ Virginalis injuriâ; Ipsa non portavit illum in purissimo utero suo cum aliquo gravamine, vel minima incommoditate; Ipsa non formavit nec nutrivit ipsum ex propriâ suâ substantiâ cum mini-

S. Gregor:
lib. 1. in 1.
R. 5.

Differentia
Matris Vir-
ginis & a-
liorum Ma-
trium.

ma perfectæ suæ puritatis jacturâ; Ipsa tandem non peperit illum in stabulo Bethleemico cum dolore vel minimo, nec levissimâ integritatis suæ Virginalis læsione: Nullis opus habuit obstetricibus, cum non indiguerit cætenus ullo servitio, quod exhibendum est alijs Matribus & illarum Filijs: Non purior procedit è solis Corpore radius, quàm Filius ipsius Unigenitus processerit è purissimis visceribus ejus absque difficultate, absque violentiâ, eòquòd ipsa esset Mater semper Virgo, Virgo ante partum, Virgo in partu, & Virgo post partum.

Detestanda
impietas
hæretico-
rum.

Tacete infames Hæretici, silete excommunicati à Deo & ipsius Ecclesiæ, obmutescite igitur modò vos ora infernalìa, Calvine, Erasme, Oecolampadi, contra vos & ejusdem vobiscum fatinæ homines, contra omnes juratos amabilissimæ Matris Redemptoris mei adversarios meus hîc jure exarsuat zelus: Quâ ratione eòsque proutis blasphemiarum, ut dicere non metuatis Augustissimam Dei Matrem non semper esse & mansisse Virginem? Quâ ratione mendacij audetis arguere Prophetas, arguere Angelos, arguere Evangelium, arguere ipsum Spiritum Sanctum? Apage abominabile monstrum, ipsos horrore percellere Dæmones, si ejusmodi ex ore tuo eructari audierint blasphemias in barathro inferni: sed redeamus ad consequentias, quæ deducuntur ex admirandâ hâc veritate.

4. MARIA tandem est Mater Magna ob-
semper Virgo; unde sequitur, nul-
lam creaturam fuisse illi subsidio in-
producendo nobis Salvatore; ipsam
solam plus dedisse nobis, quam
omnes Angelos in cælo, & om-
nes homines in terrâ simul, & con-
sequenter teneri nos æquissimâ
grati animi obligatione ad hono-
randum illam, ad diligendum il-
lam, ad famulandum illi soli ma-
gis, quàm omnibus Angelis, &
omnibus simul hominibus sanctis.
Quòd habeamus Deum Salvato-
rem, non tenemur ex eò, nec om-
nibus Angelis, nec omnibus ho-
minibus: Cui igitur? soli Patri,
qui progenuit nobis illum ab æter-
no, & soli Matri Virgini, quæ pro-
genuit nobis illum in tempore.
Pondera bene tecum hujus valo-
rum doni, & vide an omnia vitæ
præsentis momenta, & omnia
æternitatis tuæ mora sufficere po-
terint ad cognoscendum satis obli-
gationes infinitas, quibus teneris
ipsi. Ehen! si haberemus soli
omnia corda Angelorum homi-
nùmque nostro in peccatore, an præ-
stare id possemus?

Nihilominus verba Magni Au-
gustini declarant nobis illas magis
adhuc solidè, nempe in primò ser-
mone, quem concinnavit in psal-
mum trigésimum primum, ubi lo-
quens de Verbo Incarnato, asserit,
quòd Verbum hoc Patris non sit
panis, quibus mortales nutiri pos-
sint, eòquòd sit nimium spiritua-
lis,

lis, nimium solidus, nimiumque sublimis pro illis, qui corporales sunt, debiles, & reptantes in terris: Oportet illum descendere ad nos, seque accommodare nostræ infirmitati. Ecce desuper verba magni hujus Doctoris Ecclesiæ.

Verbum erat in suo principio: Ecce cibum æternam! sed hic est pro Angelis; quis enim hominum attingere posset hoc alimentum? Oportebat ergo, ut lactesceret hæc mensa, & sic ad filios perveniret: Sed quâ ratione cibum solidum convertitur in lac? Mater id facit; siquidem infans non manducat id, quod manducavit jam Mater; Et quis infans idoneus nondum est ad manducandum panem, Mater manducans hunc pro illo, illum digerit, & facit ex illo carnem suam; deinde per virtutem, quàm natura suis tribuit uberibus, erabit ex eo succum, illum dealbat in lac, & ex eo nutrit infansem. Videte infantes, videte filii, quanta sit vobis obligatio erga Matres! O miteri mortales! O Filij Matris Virginis! videte, an gratò satis animò respondere possitis vestræ erga illam obligationi? Nunquam manducassetis cibum hunc æternum, Verbum Patris, panem Angelorum, non enim eratis Angeli: Oportebat necessariò Matrem incarnare hunc panem, & facere vobis ex eo velut lac quoddam, vestræ proportionatam infirmitati. Si auspiciata fuimini sorte, ut vivatis ex vita

Dei, ex propriâ substantiâ Dei, non hæc dimanat in vos ex uberibus Patris, sed ex uberibus Matris: An insinuare hoc vult, quòd magis obligeris Sanctissimæ Virgini, quàm ipsi Deo? An plùs obstringeris Matri, quòd tibi præparet divinum hoc alimentum, quàm Patri, quòd largiatur & donet tibi illud? Non, siquidem ipsa nil donat tibi, nisi quòd accepit, ut det & donet tibi; Est Pater, qui tibi id donat, & est Mater, quæ tibi id presentat. Pater igitur æternus tuæ est primum principium felicitatis, sed Sanctissima Virgo est secundum, immediatum, magisque manifestum & sensibus exploratum. O MARIA! O amabilis Mater nostra! quâ ratione invenitur unicus solus in totâ Ecclesiâ Christianus, cujus non ardeat summum erga te amore?

Ut quid reprehendimur ex eo, quòd seramur quandoque magis sensibili devotione erga Sanctissimam Virginem, quàm erga Deum ipsam? Ut quid condemnatur velut indiscreti ex eo, quòd sæpius recurramus ad ipsam, quàm ad Deum; ex eo, quòd sæpius dicamus Ave MARIA, quàm Pater noster? An miremur dum aspiciamus parvulos infantes brachijs apertis, lætabundo corde, ridente facie confugere ad sinum Matris suæ, quando esuriunt, quando metuunt, quando aliquâ premuntur necessitate? Usitatum ipsorum refugium

Kkkk ; non-

beat ad devotionem erga Sanctissimam Virginem.

Quòd hæc beri possit devotio magis conerit erga Sanctissimam Virginem, quàm erga Deum.

Quid virgine nos de-

nónne Matris est sinus? an reprehendas ipsos ex eo? an dicas ipsis, malè agis, mi pupule, imprudens, temerarius es, quòd potiùs non confugas ad sinum Patris tui? An ignoras, potissimùm dependere te ab ipso; an nescis, ipsum absolutum esse Dominum facultatum omnium totius domùs; ipsumque tandem esse, in cujus manibus sint fortes tuæ? Novi id bene, posset reponere tibi: Omnia debeo Patri meo, omnia exspecto ab ipso, omniàque reddam & rependam ipsi: sed ne inideas mihi solatium, recurrere me videns ad sinum Matris meæ; sentio me attrahi ab illecebris dulcedinis & amoris ipsius continere me non possum, quin convolem ad eam; Haud me latet, approbaturum id Patrem meum, meque obtenturum, quidquid volucro, mediante intercessione ejus ab ipso.

Ita est. . . . Interpellavi ipsum hinc: Sufficit, ulterius nil scire a veo circa primam meam difficultatem, quæ concernebat unionem hanc tam admirandam Virginitatis cum Maternitate in Sanctissima Virgine: Abundè sat video argumenta, quibus stabilitur hæc veritas, & illas, quæ trahuntur ex insecutiones. Verùm aliquid magis speciale vòsse perciperem circa partum Sanctissimæ Virginis; siquidem non capio, quòmodo implere illa potuerit omnes partes Virginitatis circa Filium, quem formavit in utero suo à propriâ sua substantiâ, quemque peperit sicut aliæ Matres; quòdque consideratis his omnibus non minùs sit Virgo, quàm Angeli, qui carent corporibus: Verùm est, confessus est mihi, difficillimum & captu & explicatu hoc esse punctum; sed ausculta bene.

ARGUMENTUM.

Quod speciale accidit in partu Sanctissimæ Virginis, totum diversum est à partu omnium aliarum Matrum.

ARTICULUS IV.

In natura & gratia sunt mirabiliter observata in partu Sanctissimæ Virginis.

Affirmari potest, Matrem admirabilem alijs Matribus esse similem, & omnia accidisse in ipsâ sicut in alijs, quantum spectat ad id, quòd natura exigit ab illis, ut sint Matres; eò quòd ipsa verè etiam sit Mater, &

propriè Mater Filij sui Unigeniti, sicut omnes aliæ suorum Matres sunt filiorum. Nihilòminus verissimum est, quòd in Sanctissima Virgine omnium diversa sint à cæteris omnibus Matribus; siquidem hæ non producant nisi purum hominem,

minem, & illa producit Homi-
nem. Deum. Dicendum igitur eſt,
ipſius partum æquè fuiſſe natura-
lem ac partus cæterarum Matrum,
eodquod ipſius Filius non minùs ve-
rè ſit homo, quàm ſint Filij alia-
rum; fuiſſe autem totum superna-
turalem, totum miraculoſum, to-
tum divinum, eodquod Filius ipſius
verè ſit Filius Unigenitus Dei, con-
ſubſtantialis Patri ſuo. O Natura
obſervata ſunt tua jura, eodquod
nihil denegatum ſit tibi ex eo,
quod tuum eſt! O gratia, obſerva-
ta ſunt tua jura, eodquod licuerit
tibi facere ea omnia, quæcunque
facere poteſ Excellentiſſima! Na-
tura humana, tu triumphas hic de
omnibus miſerijs, quibus te op-
preſſerat peccatum! Natura divi-
na tu triumphas hic de omnibus in-
firmitatibus creaturæ, omneſque
tuas mirificè demonſtras Excel-
lentijs.

In quo San-
ctiſſima
Virgo ſimi-
lis ſit alijs
Matribus.

Jamjam intendebam interroga-
re ipſum, quando ipſemet dixit
mihi, in quo invenerit, quod Ma-
ter Infantis JESU ſimilis extiterit
alijs matribus. Inprimis aliæ Ma-
tres, inquebat mihi, recipiunt a-
liunde, quàm è proprijs ſuis cor-
poribus, illud, quod dare ſuis Fi-
lij incipit eſſe, aliàs nunquam e-
vaderent in Matres. 2. Ipſæ effor-
mant corpora ſuorum filiorum in
loco à naturâ ad hanc efformatio-
nem deſtinato, per virtutem quan-
dam ſibi naturalem, ſed quam nec
ipſæ, nec quiſquam alius compre-

hendere poteſt. 3. Ipſæ nutriunt
illos ex proprio ſuo ſanguine, illis-
que ſucceſſivè conferunt incremen-
tum uſque ad debitam magnitudi-
nem, quæ requiritur, ut prodire
poſſint in lucem. 4. Ipſæ illos pa-
riunt, ſeque ijs exonerant, ſepa-
rando ipſos à ſe, ad dandum illos
ſibi ipſis, & toti reſiduæ cognatio-
ni ſuæ: In his omnia Sanctiſſi-
ma Virgo ſimilis extitit cunctis Ma-
tribus, omninè tamen à cæteris
Matribus diverſa: ſiquidem impri-
mis, aliæ Matres, quæ ſolæ fieri
non poterant Matres, accipiunt ad
hoc potentiam ab aliâ quâdam per-
ſonâ, & ſanctiſſima Virgo ſimi-
liter; ſed aliæ Matres recipiunt il-
lam à viro, cum jaſturâ Virginita-
tis ſuæ; & ſanctiſſima Virgo rece-
pit illam à Spiritu Sancto, non ſo-
lùm abſque imminutione, ſed etiam
cum augmentatione & novâ perfe-
ctione puritatis ſuæ Virgineæ: Vi-
de an Evangelio non fuerit curæ
accuratè nobis exponere hanc ve-
ritatem.

Ubi primum nuntiavit Angelus
MARIE, quod eſſet futura Mater,
admirandum hoc verbum turba-
tione percelluit ipſam: Turbata eſt
in ſermone ejus: Quomodo fiet
iſtud, quoniam virum non cogno-
ſco? nunquam mihi fuit, nec un-
quam cum viro commercium erit?
An Mater ero ex me ipſa abſque al-
terius perſonæ concurſu? Non, di-
cit ipſi Angelus, ſed Spiritus San-
ctus ſupplebit omnia, & conferet
tibi

tibi omnem virtutem necessariam, ut evadas Mater, permanens Virgo, & Filius, quem paries, proprius est Dei Filius: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi; & quod natus fuerit ex me, vocabitur Filius DEI.*

Corpus Filij Dei formatum est in utero Matris Virginis per virtutem Spiritus Sancti.

An igitur Spiritus Sanctus communicavit ipsi portionem ex sua substantia, ad suppetendum materiam, unde formaret ipsa Corpus Filij? Non, Spiritus Sanctus enim caret substantia materiali ac divisible; sed contulit purissimo sanguini Sanctissimæ Virginis virtutem quandam divinam, quam naturaliter non habebat: mediante prodigiosa hæc evadit mox ipsa, simul & semel Pater ac Mater Unigeniti Filij sui, & per eandem hanc virtutem adorandum Filij sui Corpus, illic formatum fuit, organizatum, animatum, personaliter unitum verbo divino, non expectando moram, quam in alijs matribus requirit natura, quoad infantem eoque usque perducant, ut sufficienter sit organizatus ad recipiendum animam: Et ecce in quo penitus differat ipsa ab alijs Matribus, mox in principio, quo dat esse Filio suo Unigenito,

3. Augustinus epist. 5. Concil. Tolet. 11. Sed quam stupenda novitas? quantum prodigium absque exemplo! quam incomprehensibile potentium intellectui humano! Respondeo tibi cum sancto Augustino & Concilio Toletano: si pro-

digium hoc haberet Exemplum, non foret quid singulare; da mihi Exemplum Nativitatis novæ Filij Unigeniti DEI è gremio Patris sui, & dabo tibi Exemplum Nativitatis ejusdem Filij Unigeniti è gremio Matris suæ.

Respondeo tibi, quod si hoc prodigium incomprehensibile non esset intellectui humano, non esset prodigium reservatum soli virtuti brachij omnipotentis DEI.

Respondeo tibi, quod æquissimum sit nos confiteri, patrare DEVM posse prodigia, quæ omnes nostras transcendant cognitiones, quæque nos comprehendere non possimus.

Respondeo tibi, quod eadem potentia DEI, quæ contulit à principio virtutem terræ producendi herbas, plantas, fructus in tanto numero, tam diversos, tam suaves & jucundos, antequam receperit aliquod semen, conferre quoque potuerit Virgineo Corpori MARIE, virtutem producendi Filium plenum gratiâ & sanctitate, quin aliâ re indiguerit, quam virtute Spiritus DEI: Cujus etiam Angelus non aliam assert rationem Sanctissimæ Virgini, ut confirmaret eam circa veritatem ejus, quod dixit illi, nisi omnipotentiam DEI: *Quia non erit impossibile apud DEVM omne Verbum.* Ecce igitur primum, in quo ipsa conveniat cum alijs Matribus, & summè differat ab illis. Vide jam secundum. § 1.

S. l.

Discrimen, quod est inter MARIAM Virginem
Sanctissimam & alias Matres.

Aliæ Matres efformant suas so-
boles in utero suo, per virtu-
tem illis naturalem, ita, ut non
indigeant aliqua industria ad con-
ficiendum opus prodigiosissimum,
quod fit in toto universo; ipsæ tri-
bunt illis formam, figuram, pro-
portionem, magnitudinem neces-
sariam, suppeditandò ipsis omnia,
quæ necessaria sunt, ex propria sua
substantiâ: Sanctissima Virgo agit
hæc omnia circa Infantem JESUM,
ipsa enim vera est Mater illius,
adeoque similis in hoc cunctis ali-
is; Sed ecce, in quo omninò diffe-
rat à cæteris Matribus!

Aliæ Matres circumferunt se-
cum maledictionem, quâ percusa-
sit DEVS primam sæminatam, per
quam summis obruuntur miseris;
siquidem Philosophorum axioma
nimis quàm abundè verificatur in
illis; generationem unius esse cor-
ruptionem alterius: corpus ipsarum
producit certum quendam sangui-
nem tam venenatum, tamque cor-
ruptum, ut ipsæ mer inficerentur il-
lo, nisi natura ab eo liberaret ip-
sas; si tangat radices alienius arbo-
ris, reddit illas steriles; facit emor-
ri plantas & herbas; vinum de-
struit generosissimum, si vel pau-
lisper approximet illi; ferrum om-
nium metallorum durissimum ob-
ducit rubigine, quo consumitur;

R. P. *Uanc Consultat. Tom. III.*

unico verbo, juxta id, quod referunt
Authores, perniciosissima est
ipius malignitas: Nihilominus in
hâc immunditiâ, & venenato hoc
sanguine suas soboles formant &
nutriunt Matres, quàm diu in ute-
ro suo circumferunt illas: Et hæc
misericordia communis est omnibus
Matribus, quæ nascendò attule-
runt secum misericordiam peccati origi-
nalis, fontem ac originem omnia-
rum aliarum miserationum; Et hæc
quoque est universalis humiliatio
omnium filiorum Adæ nasci inter
omnes hæc tam turpes, tamque
fædas immunditias, à quibus ma-
ximi Reges terræ non magis im-
munes sunt, quàm coloni abjectis-
simi, eò quòd pari ratione obnox-
ij sint peccato Proto. parentis sui;
peccato, quod DEUS punire non
desinet usque ad finem mundi, in
personâ omnium filiorum ipsius.
Sanctus Rex David id agnoscebat,
& ex eo se humiliabat, ingemi-
scens coram DEO, dum psalmo
quingentesimo lugubri voce mo-
dulatur: *Esse! enim in iniquitati-
bus conceptus sum, & in peccatis
conceptus me Mater mea;* id est, in
immunditijs, quæ veluti sunt sæ-
ces peccati. Ecce tibi inauspica-
tam sortem omnium Matrum, ip-
sarumque prolium.

Sed Sanctissima Virgo, quæ nun-
quam Virgo ne-

LIII

Sanctissima
quam Virgo ne-

erit Infan-
tem IESUM
in utero
suo, san-
guine pu-
rissimo.

quam communicavit peccato Adæ, ejusdem etiam non toleravit pœnam. Dignitas Matris DEI, & Majestas Filij, quem in suo portatura erat utero, requirebant, ut in hoc dispensaretur cum illâ. Sic licet verum sit, quod ipsa portaverit Filium suum in utero suo, sicut aliæ Matres; licet formaverit ipsum per eandem virtutem naturalem in eodem loco, per idem novorum mensium spatium, more aliarum Matrum; licet nutrierit illum ex propriâ suâ substantiâ velut Matres aliæ, eòquod is fieri voluerit Homo, assumendò humanam naturam modo quodam naturali, nihilominus id factum non est in sanguine impuro & prorsus corrupto, in quo omnes aliæ Matres efformant & nutriunt soboles suas.

D. Thom.
3. P. 9. 31.
n. 3. ad 2.
S. Damasc.
lib. 3. or-
thodox. fi-
dei 2.

Vide sanctum Thomam tractantem in quodam loco hanc quaestionem, quam hisce verbis concludit desumptis ex S. Joanne Damasceno: *IESUS Christus igitur formatus est è castissimo & purissimo sanguine Sanctissimæ Virginis, caro animata animâ rationali.*

Et sanè sola imaginatio horrorem incuteret cunctis bonis animabus, quæ persuasam sibi habent infinitam sanctitatem Filij, & puritatem plùs quàm Angelicam Matris, cogitandò solùm, aut quòd Mater Virgo subjecta fuerit omnibus miserijs, quibus involvuntur aliæ in pœnam peccati originalis; aut quòd Filius immersus fuerit spur-

Qualiter
d. positum

citjs ac sordibus, quibus omnes miseri Filij Adæ (veluti tot parvuli rei) absorbentur in utero Matrum suarum. Verum quidem est, quòd, quia factus est homo modò quodam naturali, velut ceteri hominum, habere debuerit suas membranas, quibus involvatur velut alij, in utero sanctissimæ Matris suæ, & ibidem ipsius nutrirî sanguine; verum tamen non est, quòd ibi fuerit aliquid impuri, aliquid corrupti, aliquid coinquinati, sicut in alijs fœminis.

Siquidem id erat, velut arbor, quæ dum producit fructum suum, munît illum tenui quodam cortice, quo obvolvitur omni ex parte, ad defendendum ipsum adversus injurias tempestatum, dum interim mediante parvò quodam petiolo affixum illum tenet ramo, à quo portatur & nutritur: Trahit is successivè substantiam purissimam & optimè digestam ex arbore, ad nutriendum se tranquillè & omnium quiete ex eo, quò ad obtentâ perfectâ maturitate, inde absque vi se avellat, & à seipso in nostras decidat manus. Eâ fermè ratione fructus ventris Virginis, purissimis & tenerimis involutus membranis, nutriebatur ex substantiâ purissimâ divinæ Matris suæ; exin cum attigisset perfectam suam maturitatem, citra hoc, quòd inferret illi vel dolores vel tormina, vel incommoditatem minimam, & absque ea, quòd indigeret aliqua manu vi ipsa
sum

fuerit cor-
pus IESU
in utero Vir-
ginis.

sum avellente, à se ipso exin avul-
sus est, ut veniret ad nos. Et in
hoc tertiâ. vides prodigium om-

nino stupendum, quod accidit in
ipsius partu, per quod summè dif-
fert à cæteris Matribus?

§. II.

Magni dolores Matrum parturientium.

Quando sacra Scriptura declara-
re intendit dolores maximos
ac vehementissimos, affert & alle-
gat illos fœminæ angustijs partûs
oppressæ: *Ibi dolores ut parturien-
tis*: Diceret dolores esse corporis,
quod membratim discerpitur, & in-
frusta secatur; videntur divelli ex
ipsâ cuncta viscera; nonnisi audire
est clamores horrendos, nonnisi
videre dolores lethales, nonnisi ef-
fusos sanguinis torrentes; Quæ vo-
cantur personæ in illius subsidium,
quæque nuncupant obstetrices,
nonnisi charitativæ esse videntur
carnifices, quæ exequuntur in ipsâ
sententiam pronuntiatam à DEO
ab initio in primam totius mundi
Matrem: *In dolore paries*: Non
intendunt illæ præservare ipsam à
tormentis, sed optimum exhibere
se illi credunt obsequium, præser-
vando ipsam à morte, si possint;
impedire nihilominus non pos-
sunt, quin illius percellatur metu,
sæque videat in proximo ejusdem
constitutam periculo.

O quam funesta res est, videre
se condemnatam ad mortem, vel
saltem lethales se sufferere dolores!
Et nec unicæ à Reginâ usque ad
ancillam novissimam appellare li-

cor ab hac sententiâ: Severa quis
dem hæc esse videtur; est tamen
justa. Justa est, eòquod ipsemet
DEUS pronuntiaverit illam; Ju-
sta est, eòquod pœna sit peccati
ex omnibus maximi, id est, origi-
nalis, quod totam infecit naturam
humanam; Justa est, eòquod sol-
vere cogat Matres per dolores par-
tûs, voluptatem carnalem, quam
in foetum suorum conceptione
sunt expertæ; Justa est, eòquod sic
esse Deus necessarius naturæ, quæ
sufferre non potest, absque dolo-
re maximo tam violentos admi-
sus, quales sunt illi Matris partu-
rientis: Sententiâ hæc justa, tan-
dem est, eòquod Matres, quæ ita
accipiuntur, non progignant nisi
parvulos reos & inimicos DEI,
circumferentes peccatum & culpæ
reatum in animâ; & omnes Ma-
tres in personâ ipsamet subire o-
portet, duram hanc & funestam
sententiam, abs eo, quin sui loco
substituere ipsis liceat aliam, ut
pote condemnatas, ut ipsamet in
propriâ suâ parturiant personâ.

Nonnisi sola Mater admirabilis,
benedicta inter omnes mulieres,
Mater Virgo, Mater Dei, immunis
est à rigore hujus legis; & in hoc

L III 2

po-

Sententiâ
condem-
nans Ma-
tres ad tan-
tos dolores
sufferen-
dos, est ju-
sta.

Quomodo
sanctissima
Virgo Ex-
empta fue-
rit inter

Mil. 47. vi.
p. Milic.
Matris Ma-
trium cum
dolore pa-
turientium.

Ca. 3.

omnes Ma-
tres in par-
tu suo.

potissimum ipsa omnino differt à cæteris Matribus. 1. omnes aliæ Matres inquinatæ in anima suâ fuerunt à peccato originali, & ideo condemnatæ sunt ad pariendum cum dolore; siquidem Sanctus **S. Thomas.** Thomas tenet, quod, si status innocentie semper perseverasset, omnes Matres genuissent absque dolore; sola Sanctissima Virgo præservata fuit ab hac originali maculâ; æquum igitur est etiam parere illam absque dolore. 2. Omnes aliæ Matres esse suis infantibus dare ceperunt cum voluptate, & omnes etiam finem illis in lacem producendis imponunt cum dolore. Nonnisi sola Mater Virgo est, quæ, cum non senserit corporalem quandam voluptatem in Conceptione, nec aliquem experta est dolorem in Partu Unigeniti Filij sui. 3. Omnes aliæ Matres non implent mundum nisi parvulis reis, & magnis Dei inimicis, circumferentibus peccatum in animâ suâ; & ob id solùm dignissimæ sunt, ut torquentur velut rex & crimini obnoxie: Sed Sanctissima Virgo sola est Mater, quæ dat mundo Sanctum Sanctorum, illique omnipotens largitur remedium contra omnes nostras miseras humanas, & fontem universalem omnis felicitatis tum temporalis, tum æternæ; & ob hoc solum degustare meretur dulcedinem & consolationem purissimam, quæ in cælo sit & in terris. 4. Tandem om-

nes ulix Matres partui vicinæ tristantur, ita dicente Evangelio: *Mulier cum parit, tristitiam habet.* Joh. 16. v. 21. Metus immanium, quos expertæ sunt, dolorum, hujus sufficiens illis præbet argumentum. Sed Sanctissima Virgo ex adverso innatabat gaudio, eoque maximo, dum suum enitebatur Filium. Nonne intueris, ipsam omni ex parte differe in partu suo à cæteris Matribus?

Si quæras, quodnam gaudij habuerit argumentum? Est, quod noverat, portare se in castissimo utero suo fontem omnium gaudiorum, quæ replent & oblectant cor Dei ipsius, quantumvis immensum. O Deus? quando contemplabatur, eundem Unigenitum Filium, qui est in sinu Patris (velut objectum complacentiæ æternæ) esse quoque in Virgineo utero suo, proprium suum Filium, ut jucundissima complacentiæ suæ esset objectum: Nonne abunde hoc fuerat, undè abundantiori repletur gaudiò, quàm omnes intellectus tum Angelorum, tum hominum comprehendere possint?

Noverat ipsa, esse in se solam à Deo electam inter omnes creaturas ab ipso è nihilo extractas, vel quas omnipotens illius brachium extrahere ex eo posset, ad concedendum sibi infinitum thesaurum suum; possidere se solam omnem felicitatem magni hujus universi, desideratum cunctis sæculis, & uni-

Sanctissima
Virgo
abundabat
gaudio in
suo partu,
& quare.

universorum spem mortalium. Ex-
periebatur ipsa consolationes quæ
blandiebantur ipsorum expecta-
tioni; ardentissimisque ipsorum de-
siderijs, aspiciendi aliquando adim-
pletionem illarum; & quanto
magis appropinquabat hic dies,
tanto magis succendebantur ipso-
rum desideria, magisque excre-
bant ipsorum gaudia: Cum ergo
ipsa præsentem hunc videret, &
per se omnes promissiones Dei fo-
re adimplendas, omnia mortalium
exsatianda desideria, & cuncta sæ-
culi in genti hoc profundæ gau-
dio, quod tot an tantis prosequen-
bantur gemitibus, tot ac tantis an-
helabant suspirijs: hinc omnes
affectus spei, desiderij, gaudij,
quos distributos possidebant om-
nes animæ Patriarcharum, Prophe-
tarum, omniumque adventum
Messiæ expectantium, præsentem
erant in ipsâ, & omnes in ipsius
collecti corde: Cogita, an ex hoc
obruenda non fuerit de cumanò
gaudiorum oceanò, & fatete, ve-
rum igitur esse, ipsam differre plu-
rimùm à cæteris Matribus, quæ
partui vicinæ obruuntur mœrore,
eòquòd paritura mox sint cum
dolore, pro eo, quod ipsa ineffa-
bili superabundebat gaudiò, utpo-
te certa, parituram se absque do-

lore totius felicitatem universi.

Quomodo autem demulceri ip-
sa poterat tantò gaudiò, interroga-
bam adhuc ductorem meum, pro-
bè gnara, videre se omnium pri-
mam Deum suum coram se anni-
hilatum, Deum plorantem, Deum
patientem, & contremiscentem præ
frigore? Cum videret eò se reda-
ctam, ut pareret ipsum in vili sta-
bulo, quod non nisi jumentorum
congruebat diversorio? ubi nihil
habebat suppellectilis, non lectum,
non mensam, non sellam, non ig-
nem, non utensilia, nil denique
omnium, quæ extremæ inservient
necessitati, novissimæ & abjectis-
simæ mundi totius Personæ? ubi
est Mater, quæ possit latari, cor-
ctam se videns ad pariendum in
ejusmodi loco? Et quia verum est,
ipsam commoda Dei sui & Unige-
niti Filij infinitâ ratione magis ha-
buisse cordi, quàm illa cæterarum
omnium simul creaturarum, an
credam ipsam argumentum habuis-
se gaudij, creaturarum aspiciens fe-
licitatem? hæc miseriarum abyssus,
cui noverat semetipsam mox im-
mersuram Creatorem suum, &
Deum suum, nonne quam pri-
mùm enecare debuerat ipsam
præ dolore? Ecce respon-
sum ipse!



§. III.

Maximum gaudium Sanctissimæ Virginis parientis in Bethlehem.

Sanctissima Virgo non fuerit concepta, videns parientium sibi in stabulo.

Quod fortius est, vincit, inquit, bat mihi lateos quidem, fuisse ipsi aliquam doloris & molestiæ causam, juxta affectus & sensu naturæ; sed rationes gaudij ipsius non solum superabant illa, sed ita absorbebant, ut, quidquid amarum videbatur juxta extrenam speciem, non afficeret ipsam videbat ipsa Deum suum infinitâ ratione contentum ac consolatum, & ideo ipsa quoque contenta erat & consolata, ipsique dicebar: Totam te annihilatam aspicio ô! Majestas infinita Dei mei, quem adoro; sed summâ exin perfundor gaudiô, cum exploratum mihi sit, profundam hanc annihilationem, quæ origo est omnis gloriæ, quam recipis extra te ipsum, tibi arridere magis, quam si omnes mundi magnificentiæ stuparent te, eodquod omnes ipsius pompæ tuis sint oculis horrore: *Quod altius est hominibus, abominatio est apud Deum.*

Prov. 20.
v. 23.

Intueor lacrymantibus te oculis, & gaudium Angelorum! video te arumnis obrutum & præ frigore tremulum; sed exin gaudeo, cum sciam, has lachrymas emundaturas peccata mundi; cum sciam hoc frigus, has arumnas, magnasque has, quas pateris, incommoditates, ad ulciscendum in te ipso hominum

carnalium flagitia, tibi placere tantum, ut voluntates sensuum, & omnia vana sæculi gaudia displiceant tibi.

Aspicio te ad supremam redactum paupertatem, ô summæ mundi Monarcha! omnia tibi desunt, qui satis es omnibus; sed gaudeo ex hoc, eodquod noverim, perfectam hanc exspoliationem, quæ castigat & corrigit avaritiam hominum, placere tibi magis omnî abundantiam bonorum terrestrium. Nihil melius ostendit mihi tuam magnificentiam, quam contemptus eorum omnium, quæ maximi perdit mundus, & nihil melius demonstrat illi, te esse ipsius Deum, quam dum ostendis illi, non indigere te ipso bonis: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egas.* Sic illa, quæ crederes esse causas tristitiæ, hæc nimirum humiliatio, hæc lacrymæ, hæc paupertas, argumenta lætitiæ fuerant Virgini Sanctissimæ:

Si amari fuit ipsi sapor, & ipsa tristitia illi fuit lætitia, quid aliud mandum de puro, quo distulbas cor ipso, gaudiô; quando nimirum videbat, solam se electam fuisse à Deo inter omnes creaturas, quam admitteret in magnum consilium æternitatis suæ, & in execu-

tionem omnium operum, quæ unquam confecit, præſtantiffimi? Quàm ſtupendum prodigium diceret, quòd ipſa fecerit de Deo id, quòd Deus facere non poterat de ſeipſo, ſicut loquitur Sanctus Bernardinus: *Plus poteſt facere Beatiffima Virgo de Deo, quàm Deus de ſeipſo.* Siquidem Deus Pater producere quidem poteſt Deum conſubſtantialem ſibi ipſi, & æqualem ſibi in omnibus ſecundum divinitatem ejus, producere tamen illum ſe inferiore & conſubſtantialem ſibi non poteſt, ſecundum ipſius Humanitatem. Hæc prærogativa eſt ſolius MARIE Virginis & Matris. Quantum hoc illi peperit gaudij, dum parentem ſe vidit Filij hujus Unigeniti?

Quando aſpiciebat conſtitutam ſe univerſalem Procuratricem omnium Creaturarum, non dico ſolum omnium Creaturarum, ſed dico, Creatoris ipſius, ad Conciliandum magnam hanc pacem quam, diſſolverat peccatum, quàmque voluit Deus confirmare denuò inter ſe & omnes peccatores: Hanc ut obtineret, voluit is ipſam eſſe quaſi plenipotentiarum & ſummam cum poteſtate legatam, ipſiusque caſtiſſimum uterum, ubi Deus & Homo ſe iterum tam affectuoſè & cordialiter uniebant, ut non eſſent niſi una eadèmq; Perſona, eſſe velut magnificum hujus pacis palatium, omniumque creaturarum oculos in ipſam manere defixos,

mox viſuros univerſalem felicitatem, quam apportatura eſſet mundo. Venite omnes creaturæ, ipſemet aſpice Creator omnipotens; vide prodigium maximum, quòd conſtituet gaudium & oblectationem æternitatis,

Veni, Sacroſancta Trinitas; Pater, ecce Filius tuus Unigenitus, quem dedisti mihi, ut darem ipſum mundo: An igitur eouſque diligis mundum, ut ipſi des Filium tuum adorandum? ecce te ipſum, Fili, in Perſonâ, qui dedisti te mihi, ut darem te mundo: An igitur ſic ipſum diligis, ut des te ipſum totum ac integrum illi, ut te annihiles, teque ſacrifices pro illo? Ecce! Spiritus Sancte, principium tuum æternum, opusque tuum temporale: Ipſe producit te ante cuncta ſæcula in ſinu Patris ſui, conſubſtantialem divino Patri ſuo; & tu formâſti ipſum in medio temporum in Matris ſuæ utero Conſubſtantialem Matri ſuæ.

Venite Angeli è cælo. Ecce Creatorem veſtrum, ſupremum veſtrum Dominum, Deum veſtrum, Reparatorem ruinarum veſtrarum, omniumque gaudiorum veſtrorum fontem.

Venite Filij Adæ, ecce omnipotentem Creatorem, qui fecit vos ad ſui ſimilitudinem; ecce ipſum formatum modò ad ſimilitudinem veſtram: Ecce Deum veſtrum, quo privaverant vos peccata veſtra in æternum, cujuſque ſola bonitas red-

Ipla invitat omnia, Deum & creaturas, ut congaudeant ſecum.

red-

S. Bernar-
dinus ſerm.
61.

Magnæ
cauſæ gau-
dij Sanctiſ-
ſimæ Vir-
ginis.

fol. 15. v.
4.

reddit ipsum vobis, ut nunquam amplius separemini ab eo; Ecce Patrem vestrum, eò quòd is vobis dederit esse; Ecce Fratrem vestrum, eò quòd sit Filius Matris vestrae, & ejusdem vobiscum naturae: sed præcipuè, ecce Redemptorem vestrum, qui liberabit vos à morte aeternâ, propriâ morte suâ, vobisque acquirat vitam aeternam sui pretiò sanguinis.

Venite saecula præterita, venite videte illum, quem adeo sollicitè runt vestra suspiria, quem vestri Patriarcha ita invocârunt, quem vestri prophetæ ita prædicârunt, quem vestrae figuræ ita diversimodè representârunt, quem vestri Patres ita expectârunt, quemque vestrae miseræ tanquam suum remedium ita exostulârunt: Videte hic tandem illum, omnia vestra sunt adimpleta desideria, omnia vestra expleta vota, unde ansam habetis, ut impleatis vos gaudjo, diffusivâ jubilo.]

Venite tandem futura saecula; Ecce totum thesaurum Dei vestris, concredidit manibus; Ecce fontes salutis adaperos vobis! Haurite, haurite abundanter gratiam, sanctitatem, merita, divitias vitae aeternae: Veni tu ipsa aeternitas, aeternitas beata; Ecce thesaurum, cujus infinita possides bona, ut distribuas illa omnibus sanctis in mansione gloriae per cuncta saecula. Intuere Sanctissimam Virginem in medio horum omnium, ad quam omnes creaturae suas porrigunt manus, quæque illas omnes replet benedictione, consolatione, & gaudjo: Quis ergò imaginari sibi poterit, quantum ipsius fuisse debuerit gaudium tempore divini partus sui? O quantum igitur discesserat à cunctis alijs Matribus, quæ tristantur & affliguntur, dum eò rediguntur!

* * *

§. IV.

Prodigia, quæ acciderunt in partu Sanctissimæ Virginis.

Credo hæc omnia, dicebam ipsi, sed quâ discurrendi ratione deducere ex hoc potes, quòd Sanctissima Virgo pepererit absque dolore & absque violentiâ? Si quidem circumspicis his omnibus tandem pariendum est: Oportet Filium, quem concepit in purissi-

mo utero suo per operationem Spiritus Sancti, quem novenis gestavit mensibus, quem successivè nutrit, quemque ad debitam perduxit magnitudinem aliorum infantium, quando nascuntur, prodire tandem in lucem ex utero ipsius. Hem! quis comprehendere potest,

potest, quod egressus sit inde, ita, ut non frangeret claustrum, & aliquam inferret lacionem Virginali ipsius integritati?

Apta firmi-
lirudo flo-
ris emir-
tratis odo-
rem adque
sui lacione.

Exploratum est quidem, hoc esse miraculum, respondit mihi, sed non est miraculum adeo inusitatum; quanta enim ejusmodi observata sunt in scriptura? Nonne ipsemet JESUS Christus, multo adhuc major factus, quam fuerit in sua infantia, egressus est e sepulchro clauso & signato in die Resurrectionis suae? Nonne paucis exin elapsis diebus ingressus est, cenaculum, ubi conluserant Apostoli, abs eo, quod portam aperiret, vel fenestram? Et tandem in triumphali Ascensione sua nonne penetravit caelos, quin tamen distumperet illos? Quae major est vobis credendi difficultas, quod hac ratione egressus sit ex utero Virginis Matris suae, nunquam non conservans ipsam Virginem? Hinc est, quod Guericus Abbas ita sanctissimam Virginem loquentem introducat in Bibliotheca Patrum:

Guericus
Abbas Bi-
bliothec.
St. Patrum.
lib. 4.

Partus quidem meus non habet exemplum in sexu mulierum, sed habet similitudinem in natura rerum. Quaris, quomodo Virginitas genuit Salvatorem; sicut flos vitis odorem: si corruptum inveneris florem pro eo, quod dederit odorem, violatum crede pudorem, quia dedit Salvatorem.

Et Sancta Brigitta in admirandis suis revelationibus, ita approbatis

A. P. Isaac. Consultat. Tom. III.

& confirmatis à tota Ecclesia, affirmat, quod Sanctissima Virgo revelaverit sibi speciatim & in particulari ea, quae acciderunt in divino partu suo. 1. Quod senserit cor suum inflammarari ardentissimo desiderio aspiciendi oculis suis thesaurum in utero suo absconditum, & tanto majori, quanto magis exoptatus dies appropinquabat. 2. Quod, cum auspiciatum illud adesset momentum, anima sua abrepta fuerit in tam sublimem contemplationem, ut videretur exiisse à seipsa, ut ingrederetur consilia Dei: Sunt etiam plures Patres, qui affirmant, quod aspexerit ipsa in instanti illo clarè essentiam DEI. 3. Quod candido depositò, palliò, quo indui solebat, ex reverentia provoluta fuerit in genua, suasque manus & oculos in caelum sublatis tenens, dum interim Sanctus Joseph raptus fuerat in extasim, aspexerit in instanti Filium suum Unigenitum ante se, quin id adverteret, nisi quod videretur sibi, separasse amorem dimidium Corporis sui à se.

Et Brigitta
circa
partum
Virginis.
lib. 7. revel.
c. 21.

Nemo coram aderat, ut maximè hujus prodigij ageret testem, nisi Angeli e caelo, qui occupabant vicine hoc stabulum in Bethleem, admirantes, quod factum fuerat; non indigebat Mater obsequio obstetricum, eòquod subjecta non esset aliarum miseris mulierum; nil ibi videre erat impuri, nil sordidi, nec unicam sanguinis effusam guttam;

M m m m imò

S. Vincent. Ferr. imò Sanctus Vincentius Ferrerius aliquando publicè suggestu dixit, in die Natali Salvatoris nostri; quòd, quando egressus est ex utero Matris suæ, apparuerit splendidus ac refulgens ut sol, quando egreditur ex utero auroræ, quòdque hæc mediæ noctis hora conversa fuerit in plenum meridiem: Sancta Brigitta idipsum confirmat in

S. Brigit. loc. cit.

revelationibus suis loco paulò antè allegato. Denique non indiguit ipsa alterius subsidio in curando suo Filio; sed ipsamet, uti asserit S. Lucas, *pannis eum involvit & reclinavit in præsepio*; quòd evidens est nota, ipsam nullam contraxisse infirmitatem, cum nullum perpessa fuerit dolorem.

* *

ARGUMENTUM.

Quâ ratione Sanctissima Virgo se habuerit erga Filium suum Unigenitum, postquam peperit illum.

ARTICULUS V.

Quandò quidem exarabam hanc Consultationem eodem tempore, quo Sancta Mater Ecclesia occupatur tota in honorandâ Nativitate temporali Salvatoris nostri, omnesque qui pietatis amplectuntur institutum, amplecti contendunt Spiritum & sensa magni hujus Mysterij, venit ad me bona quædam anima, quæ ab initio videbatur mihi quasi ebria certâ quâdam mentis abalienatione, vi cujus extra naturalem suam abripiebatur conditionem; siquidem conspexeram ipsam aliàs admodum modestam ac valdè pacatam; sed die hæc sibi præsens non erat, loquebatur enim modò tam vehementi, tamque impetuoso, insuper sensa depromebat tam inusitata, ut ex eo totus attonitus interrogarem ipsam.

Unde venis? Venio mox à præsepio Infantis JESU, ubi totam exegi noctem ajebat. Hem! quid fecisti toto hoc tempore ibi? Nihil, nisi quòd aspexerim, quid faciat Sanctissima Virgo, & observaverim in silentio, ineffabili cum consolatione & pace animæ meæ, quo pacto se gesserit ergà divinum Infantem suum recentè omninò è purissimo suo utero egressum?

Videbar mihi videre, non aspectu quodam corporali (visionum enim usum non habeo) sed aspectu quodam mentis meæ, tam clarè, quàm sit meridies, visionem tam suavem, ut summâ me perfunderet voluptate. Non possum te celare, quòd delicia, quas mea degustavit anima, tam firmiter ibi defixerint illam, ut inde divelli non potuisset, ni illatâ sibi vi & violentiâ.

Devotus
modus
commo-
di & con-
vertend. ad
præsep. In-
fantis JESU,
Exemplo
Sanctissima
Virginis

viâ. Non audebam aliquid vel facere, vel dicere, videns, quòd illa faceret & diceret res tam admirandas, ut nihil ex meo potuiſſem ijs adſcribere, quin illarum imminuerem pulchritudinem: Manebam igitur ibi in ſilentio, venerabundâ quâdam deſixus attentione, ita, ut cor meum alio non exaſtuaret deſiderio, quàm faciendj ea omnia, quæ ipſa faciebat, & dicendi ea omnia, quæ ipſa dicebat.

Aspexi, quòd in inſtanti, quo adorandus hic Inſans conſpiciendum ſe præbuit ipſius oculis, totus refulgens decore, & Maieſtate tam divinâ ut nunquam quid ſimile oculi aſpexerint mortalium, ipſa permanſerit aliquo temporis ſpatio immobilis, ac tota intenta illi, oculis, animo, corde, tota profundâ admirationis abſorpta abyſſo; aſpicebam continere ſe ipſam in tantâ reverentiâ, ut non ſolum accedere non auderet, ad oſculandum illius pedes, ſed nec attingere auderet ipſum, quantumvis inſans ſuos in eam deſigens ocellos, cum amabili ſuppreſſo riſu, perſuſus lacrymis, quas protrudebant oculi velut totidem pretioſas margaritas paradifi, quibus magis adhuc ipſius illuſtrabatur pulchritudo, ſuaque inſuper illi porrigens brachiola, invitare videretur ipſam, ut ſuo ſe exciperet ſinu, ſuisque admoveret uberibus è regione cordis.

Observabam quandam diſcepta-

tionem hic reverentiam inter & amorem. Reverentia Maieſtatis Dei, quam annihilatam intuebatur coram ſe abſque eo tamen, quòd ſuam amiſerit gloriam, vel infinitas ſuas dimiſerit excellentias, retinebat ipſam, & obſtabat, ne ſuas in illum porrigeret manus. Amor ex parte alterâ ſolicitabat, ſtimulabat, & quali cogebat ipſam, ut affectuoſè amplexaretur illum, ſuaque apprimeret cordi: O ſumme Monarcha mundi, Tu es DEUS. Omnipotens, quem adoro! Et ecce illam totam annihilatam coram ipſo. Es autem & Filius meus Unigenitus, quem novem menſibus portavi in utero meo, dilectus meus, vita mea, anima mea, totus pretioſus theſaurus meus: Et deſuper tota diffluens in dulcorem, tota abrepta gaudio, & tota ſuccenſa ſacro amore, reverenter atollit ipſum in brachia ſua, ipſumque ſuo adſtringit pectori; Et Deus ſolus novit, quid actum fuerit inter corda Filij ac Matris in inſtanti illo. Cùm hæc dixiſſet, perſonæ hujus lumina converſa ſunt velut in duo lacrymarum flumina, & ſingultus intercluſerunt vocem ipſius; oportuit aliquantulum exſpectare. Proſequere, inquebam ipſi, mihi que recenſe ulterius geſtæ rei ſeriem.

Post primos hos amoris & terræ affectus dilectionis affultus, MARIA involvit ipſum vilibus pannis ac lintheolis, quæ præparaverat

M m m 2 pro

verentiam
inter & a-
morem San-
ctiſſimæ
Virginis ex-
gâ Filium
ſuum.

Affectus
moris & re-
verentia.

pro ipso; Cúmque commodum & decentiorem locum non haberet, quo collocaret ipsum, reclinavit eum super pauxillum sceni & paleæ in præsepi animalium. Cúm autem híc consideraret redactum ipsum in statum pauperimum & locum totius mundi abjectissimum, jacentem inter vilia duo animalia illum, quem esse noverat infinitæ Majestatis Deum, regnantem in cælis, Patrem inter & Spiritum Sanctum, summóque honoratum omnium Beatorum Angelorum obsequijs, deficiebat præ stupore, admiratione, & agnitione maximæ hujus bonitatis, quam infinita Majestas Dei ostendebat erga parvulos homines in terris.

Sublimis
considera-
tio de In-
fante JESU
recensato.

An igitur tu es, Deus æterne, qui non nisi unicum habes principium, sed qui initium non habes in Nativitate tuâ divinâ? An tu es, quem video in personâ Infantem nondum adhuc habentem unicam horam vitæ? An tu es, ô DEUS immortalis & impossibilis, qui omnis vitæ fons es & origo? An tu es, qui factus es eo nomine passibilis ac mortalis, ut moreris pro nobis? An tu es, Creator Omnipotens totius hujus Universi, qui minima modò es & infirma Creatura? Tu es Dominus dominantium, qui moderaris omnia & gubernas, & gubernari te sinis ab ancillarum tuarum novissimâ? Tu es Sanctus Sanctorum, & amictus appares specie & formâ peccatoris? Tu es

Deus Omnipotens, coram quo cæli & astra, elementa, & tota hæc magna mundi machina contremiscunt præ reverentiâ; Et ecce te infantem debilem tamque imbecillum, ut hujus te ipsum sustentare non possis pedibus? Tu es sapientiâ infinita, & eloquentia æterna Dei Patris tui, & eò redactus es híc, ut proferre non possis Verbum vel minimum? O altitudo consiliorum Dei! ô abyssus annihilationis! ô excessus incomprehensibilis bonitatis, dulcoris, amoris, misericordiæ! Nónne oporteat omnem absorberi animam tantorum immensitate prodigiorum?

Dicebat ipsa hæc omnia cum reverentiâ tam affectuosâ, tamque humili, ut dixisset ipse se cor effudisse in labia; Cúmque ipse non sufficeret os, ad declarandum omnia animi sui sensa, oculi ipsius contecerant reliqua; plus illa non dicebat, quòd dicebat, quia plus lacrymabatur, quàm loquebatur: post prima verba intuebar ipsam alto absorptam silentio, in quo, ni fallor, tamdiu perstitit, quamdiu fecerat verba. Sub id tempus, observavi, dicebat mihi bona hæc devota, animam meam loqui voluisse & aliqua proferre cordis sui sensa, sed mox cohibui illam, nec aliud permittere ipsi volui, quàm id, quòd faciebat Sanctissima Virgo, quando loquebatur: Conabar efficere cor meum tanquam fidelem quendam Echum repetentem

tem

tem omnia ipſius verba ; quando tacebat ipſa , volui omnes animæ mez facultates ſimiliter altiffimum ſervare ſilentium ; neſciebam quidem , quid ipſa cogitaret , verùm mea ſaltem intentio , meumque deſiderium erat , cogitare , quod illa meditabatur.

Aspiciebam , quòd divinus hic Infans de novo illi blandiretur ; ipſius facies , ipſius oculi , ipſius infantiles vagitus videbantur excitare illam è myſterioſo hoc ſomno , ipſamque ſolicitare , ut denud faceret ſuam audiri vocem , quæ magis oblectabatur , quàm omni ſpirituum cœleſtium harmoniâ. O Rex Regum , incepit ipſi dicere ! ô Domine dominantium ! ô ſumme Monarcha mundi , prò quantum æternæ tuæ providentiæ conſilia tranſcendunt fatuam ſapientiam hominum !

Reges terræ naſcuntur à potenti Reginâ ; & tu , ſumme Imperator cœli & terræ , naſci voluiſti ex paupere Virgine , ſimplicis tantummodò fabri conjuge : Alij Reges naſcuntur plerùmque in Metropoli ſui imperij ; & tu naſci elegiſti in parvo quodam & vili oppidulo : Alij Reges editi in lucem recipiuntur in magnifico quodam palatio ; & tu receptus es in abjecto quodam ſtabulo , recipiendis beſtijs vix ſatis idoneo : Alij Reges , mox ubi ſunt naſti , mollibus reclinantur in lectis , & cunabulis non minùs jucundis , quàm ſplen-

didis ; & tu magne Rex Regum collocaris non niſi in præſepio , non niſi rigens inſternitur tibi palea : Alij Reges ſtipantur in natiuitate ſuâ pompoſo comitatu aulico , qui non niſi componitur è principibus , Ducibus , Dynaſtis , & innumetis Regni Magnatibus ; & tu magne Rex cœlorum non ſtiparis in Natiuitate tuâ , niſi duobus miſellis animalibus , bove & aſino : nemo hic adefſt , qui inſerviat tibi , niſi ſanctiſſima Mater tua. O ſtupendam humiliacionem auguſtiſſimæ Majestatis tuæ ! O prodigioſam elevationem profundiffimæ tuæ humilitatis !

Videbuntur aliquando ad pedes tuos , omnes potentes hi terræ Reges ; videbuntur tuam adoraturi infantiam ij , qui naſti ſunt ex Imperatoribus ; ij , qui recepti ſunt in palatijs ; ij , qui ortum ſumpſerunt in magnis civitatibus ; ij , qui aulâ ſtipantur non minùs pompoſâ , quàm numerosâ ; ij , qui naſti ſunt in purpurâ , in divitijs , in magnificentijs ; ij aliquando provolvent ſe ad pedes tuos , conſeſſuri , Regnum ſuum non eſſe , niſi abjectam conditionem ſervitutis , ſi adducatur in comparationem cum regno tuo ; magnifica ſua palatia non eſſe niſi ſumera comparata cum vili ſtabulo , quod tuâ honorâſti Natiuitate ; omnem ſuam ſuppelleſtilem , lectos ſuos tam jucundos , tamque ſplendidos ; comitatum ſuum tam numeroſum ,

Quomodo
ipſius hu-
miliaciones
honoran-
tur.

tam pomposam, tamque nobilem, non esse nisi abiectiones, nisi misérias, nisi despicatus in comparatione cum magnificentijs, quæ tuam comitantur Nativitatem. Non, nemo hanc unquam considerare potuit sine admiratione; sola venerationem accipiet à cunctis mortalibus; ipsa sola honorabitur æternâ cunctorum Angelorum memoriâ; illâ sola in annos singulos & à totâ Ecclesiâ, & per cuncta sæcula, admirabili celebrabitur magnificentiâ. O divine Infans! quâ ratione conficere hæc posses omnia, nisi DEVS esses Omnipotens?

Affectus
amoris &
reverentiæ,
sanctissimæ
Virginis erga
infantem
Jesum.

Infantem recens natum esse Deum Omnipotentem! Filium meum Unigenitum, ventris mei fructum, omnipotentem esse Deum! parvam hanc creaturam Creatorem esse creaturarum omnium! Ita, id scio, id scio, de hoc certa sum; tu ipse in personâ es, Fili mi, unice mi Fili, jam jam egressus ex utero meo; tu meus Pater es, meus Dominus, meus Creator, meus DEVS, Omnipotens DEUS, quem adoro. Et cum hoc diceret, videre mihi videbat illam se provolventem ad pedes ejus, totam effusam in dulcorem, totam absorptam à reverentiâ tam fatiscientem præ charitate, ipsique dicentem facie in terram prostratâ: Adoro te, Majestas infinita Dei mei, qui amore mei, & totius naturæ humanæ, tam exili in-

struere & adornare te voluisti apparatus.

Exin attolens paulisper caput, & ipse aspiciens faciem mirifico exultabat júbilo, quo abripiebatur: O facies divina, tota plena gratiarum! ô pulchritudo, quam Angeli in cælo sine intermissione concupiscunt aspicere, semper fatiati, semper famelici aspectus tui? admiror te, adoro te, offero tibi omnia pura cordis mei obsequia. O amantissime DEUS, quis dicere nobis poterit, quid actum tuum fuerit in animo Filij, in animo Matris. Cum viderem id, quod faciebant exterius, videbatur mihi amabilis hæc Mater tota inclinata supra corpus divini sui infantis, & omnia loqui in ipsâ, ipsius linguam, ipsius oculos, ipsius manus, ipsius faciem, omnia eodem affectu videbantur desiderio; voluisset ipsa sese contrahere, arctare, breviorum reddere, ut collocare se posset totam integram in hoc unico votorum suorum objecto; & Infans reciprocè ingens ostendebat illi desiderium in ipsius convolvendi brachia, & degustandi lac dulcissimum Virgineorum ipsius uberum.

Hic admirabar, dicebat mihi bona hæc anima, quod Filius Dei non contentus delicijs infinitis, quibus ab æterno fruitur in sinu Patris sui, venerit quæsitum alias in sinu divinæ Matris suæ, & harum deliciarum aspectus allegerat.

&

& attraxerat ipſum de cœlo in terram. Quando aſpexi ipſam diſponere ſe ad præbendum ſua ipſi ubera, videbar mihi videre ſtrictum apparatus magni cujuſdam conviviij, ubi Rex ſæculorum genialiter & lautè tractandus erat juxta ſtatutum ſuum præſentem; cogitabam, quòd Principes cœli, qui ſunt Angeli, invitati ad eſſent, non ut unà veſcerentur, ſed id viderent & admirarentur. Verùm nec deerat hic Muſica; percipiebam jam enim ſymphoniam cœleſtem, quæ expergeſcebat paſtores; advertebam tandem omnem tum cœli tum terre venerationem exhiberi divino

huic Monarchæ, dum ſuo aſſidebat convivio.

Exſpectans exſpectabam, quid mihi deſuper dictura eſſet; Verùm ſive alienata fuerit à mente, ut tota intenderet cœleſti huic ſymphoniæ, ſive concedere mihi noluerit cætera ſua arcana; ſive quòd ipſemet DEVS hanc illi abſtulerit facultatem, proſiſ obmutuit velut attonita, & ceſſit.

Nihilominus ſummum, quo æſtuabam, deſiderium cognoscedi de hoc plura, addidit mihi ſtimulos, ut deſuper ſanctos conſulerem patres; & ecce, quid hauserim ex ijs doctrinæ.

ARGUMENTUM.

Sanctiſſima Virgo lactans Infantem JESUM.

ARTICULUS IV.

Observant ipſi tot prodigia in prærogativâ, quam habuit ſanctiſſima Virgo, lactando Infantem JESUM ſuis uberibus, ut nullam habeant difficultatem comparandi hanc illi, quâ jam fruebatur, concipiendo ipſum in utero ſuo. Dediffe ipſi puriſſimum ſuum ſanguinem, ad progignendum illum, eſt prima prærogativa, quam nonniſi illi concedere voluit DEVS; ſed dediffe ipſi lac ſuum Virgineum, prærogativa ſecondæ eſt, quam cedere ulli alteri nolebat ipſa. Duæ hæ prærogativæ tam arctam habent inter ſe

conjunctionem, ut idem ſanguis, conjunctio qui ab initio fuit materia adorandæ. di ipſius corporis, exin effectus ſit lac, ut alimentum eſſet vitæ ipſius humanæ; & ambæ tantam gerunt inter ſe ſimilitudinem, ut quando fit mentio Infantis JESU in ſinu ſuæ Matris, æqualiter poſſit intelligi vel ipſius venter qui illum formavit, vel ipſius ubera, quæ lactaverunt illum.

Venter ipſius adorabatur ab Angelis velut Sanctuarium DEI, & ubera ipſius admiratione percellabant cœleſtem ſponſum, velut id, quo ipſa oblectabatur Deus: Non-

Cart. 4.
verf. 10.

ne videmus, quomodo de his lo-
quatur cum admiratione: *Quam
pulchra sunt mamma tua? Soror
mea, sponsa mea, id est, juxta
mentem devotissimi cujusdam Ex-
positoris sacri Epithalamij, quod
ipsum ubera pulcherrima sint visa
oculis Patris æterni, quando ijs ad-
motum suum aspexit Filium su-
umque sugentem ex ijs alimen-
tum. Matremque Virginem puris-
simam suum lac præbentem illi:*

Guilielmus. *Eccur neget. Partum Virginem
in Cantica. & stulta mundi sapientia! DEUS
est, qui nascitur; congruum non
erat nasci Deum, nisi ex Virgine:
Eccur similiter dubites, quin lac
habuerit purissimum, quod daret
illi? DEUS erat, quem lactabat;
congruum non erit nutrir Deum,
nisi lacte Virgineo.* Non minus
portentum erat, è suis uberibus
lac potigentem videre ipsam,
quam patientem ex utero suo Fi-
lium, conservando se Virginem.

Pythagoras
apud Olee-
strum in
cap. 12. Le-
vir,

Erat antiquis proverbium hoc
usu receptum, ignorantibus tamen,
quid dicerent: quod nimirum lac
uberum alicujus Virginis esset ne-
ctar Deorum: *Virginis in ubere
nectar:* Verum Vaticinium hoc
erat, non nisi impletum in sanctis-
simâ Virgine, quando Virginalium
ipsius lac uberum dulcissimum ne-
ctar extitit, quo potatus fuit Uni-
genitus magni Dei vivi Filius; uni-
ca divini hujus liquoris gutta tan-
ti est pretij, ut locupletet ditissi-
mos Regum terræ thesauros.

Magnus noster Rex sanctus Lu-
dovicus parvi faciebat, auspiciam
sibi desuisse sortem acquirendi ter-
ram sanctam postquam poritus est
eâ comparandi sibi notabilem pag-
tem sanctissimæ Crucis Domini
nostri, & coronæ ipsius spinæ,
sicut & aliquas guttas ex lacte Vir-
ginis sanctissimæ, ac nonnullas
particulas parvorum linteaminum,
quibus Infans JESUS fuerat invo-
lutos: è quibus omnibus fecit mu-
nera, digna pietate suâ & magni-
ficentiâ regiâ, non personis qui-
busdam particularibus, sed locu-
pletate voluit Regnum Hispaniæ
ex abundantia sacrarum divitiarum
thesauro, quem possidebat in reg-
no Franciæ. Misit namque ex eo
Toletum, scribens Archiepiscopo,
Canonicis & toti Clero illius Ec-
clesiæ hoc tenore. Ludovicus gra-
tiâ DEI Rex Francorum, dilectis
nostris Canonicis, & toti Clero
Ecclesiæ Toletanæ, salutem & di-
lectionem. Volentes honorate &
locupletare Ecclesiam vestram pre-
tiosis donis ad instantiam & per-
manus dilecti nostri & Venerabi-
lis Joannis Archiepiscopi Toleta-
ni sanctissimarum rerum, quas in
nostro possidemus thesauro, quas
que recepimus ex illo Impetij
Constantinopolitani, partem vo-
bis facimus; nimirum de ligno Cru-
cis Domini nostri, unam ex spinis
sacrofanctæ ipsius coronæ, aliquid
ex lacte sanctissimæ Virginis ipsius
Matris fragmentum è vestimento
ipsius

8. Ludovi-
cus Rex
Franciæ do-
nat Eccle-
siæ Tolet-
anæ ex lacte
sanctissimæ
Virginis.

Dupli-
gloria
Giffin
Yagi
ste h
nem
miser
Dei.

Wiri
p. de
nib.

ipsum purpureo, sicut & de linteamini-
bus ipsius infantis.

Post singularem & incomparabilem gloriam, quam Sanctissima Virgo possidet ex eo, quod sit Mater, gloria majori non resulget, nisi quod etiam sit Nutrix proprii Filij DEI: Nōne enim ratione quādam hoc est, secundā vice esse ipsius Matrem? Principes, qui suis dederunt Filij Reginam pro Matre, progignendo ipsos ex illā, nil magis habuerunt cordi, nisi ut eligerent pro secundā Matre illis, omnium nutricem optimam, quam in toto liceret reperire regno, eamque facerent ratione quādam Reginam, utpote cui inebereet nutrire Regem.

Electio hæc existimata semper fuit ponderis maximi à cunctis Sapientibus, & tanti quidem, ut congregari vellent comitia universalia Magnatum Imperij, ad faciendam hanc electionem, eodē quod dependere ex hoc crederent felicitatem vel infelicitatem totius regni; dicebant namque recipere quidem infantem animam à DEO, & Corpus à Matre suā, genium autem & inclinationem à suā nutrice, eodē quod cum lacte sugat ipse indolem, ipsius propensiones, ipsius affectus, ipsius senta, ipsius mores, & eandem quasi proclivitatem ad omnia; cum verum sit, quod dicit Salvanus lib. 5. de providentiā. *Nutrices mores suos, vel bonos, vel malos in pueros, quos*

A. P. Isaac Consultat. Tom. III.

alunt, cum lacte transmittunt. Illæ, quibus cor est plenum DEO, plenum gratijs, plenumque virtutibus, instillant procul dubio cum lacte suo pietatem alumni suis: Illæ, quibus cor impurum est ex corruptione vitiorum, infectum habere videntur lac suum, adeoque dare non posse illis, nisi pessimum nutrimentum.

Hinc est, quod toties videre fuerit infantes, quorum innocentia accepta erat DEO, qui ejusmodi habebant discernendi gratiam, ut nonnisi ex uberibus virtuosarum mulierum vellent lac sumere, & maximum demonstrarent horrorem ab uberibus vitiosarum: Dicitur id de Ruperto, dicitur etiam de Sancta Catharina Senensi, observatum id etiam fuit in pluribus alijs: Nunquam adigi poterat parvulus Moyles, ut uber sugeret aliqujus mulieris Ægyptiæ; quarenda fuerat ipsi nutrix nationis suæ; & providentiā DEI disposuit, ut nonnisi propria ipsius Mater potuerit inveniri; ipsa sola inventa fuit, quæ merebatur, ut nutrix esset tanti Prophetæ. Moyles figura erat JESU Christi; inquiratur in toto universo, nulla unquam invenietur, quæ digna sit lactare ipsum, nisi propria ipsius Mater; ipsa sola porrexit ipsi lac suum, & ipse solus etiam dignus extitit adnovere os suum Virgineis ipsius uberibus: Quam incomparabilis hæc gloria Sanctissimæ Virginis!

N n n n

©

Duplex gloria sanctissimæ Virginis, esse Matrem & Nutricem Filij Dei.

Nivian. lib. 5. de providentiā.

Exemplum notabile.

O Mater admirabilis ! Quanta admiratio in toto cœlo , quando DEUS Pater admotum tuis aspexit uberibus , eundem Unigenitum Filium , quem suaviter tenet in sinu suo adorando , ut solus ipse nutriet æternaliter illum , ex eadem substantiâ divinâ , unde producit ipsum , teque similiter solam nutrientem illum ex eadem tuâ substantiâ humanâ , ex quâ ipsum produxisti ! Quid enim tandem est hoc ? Nisi quod dicit Clemens Alexandrinus , *Sanguis Consensiente pietate florens* ? Id est , quod pietas Materna suum candore induat sanguinem , ipsum perfectiùs digerat dulcémque reddat , ut præbere illum possit infanti , non solum absque nauseâ , sed etiam cum voluptate.

Pulchrum spectaculum aspice re sanctissimam Virginem lactantem Deum æternam vocat infan-

Methodius sic in papante

O Angeli cœlorum ! Vos habuistis in mandatis , ut lautè ac opipare nutiretis homines terræ , faciendò , ut depleret manna è cœlo , & hoc æstimatum fuit ceu grande prodigium. Aspiciat modò cum admiratione Virginem Matrem , Reginam Vestram , quæ nutrit DEUM ipsum , Creatorem suum & vestrum ; ipsa sola nutrit ipsum , qui nutrit omnia , suppedians illi manna tantò suaviùs & sapidius vestro , quantò is , quem nutrit , maior & nobilior est cunctis simul hominibus. O nutrit cuncta nutrientis ! quid videtur tibi de hoc prodigio !

Adiunt hinc omnes creaturæ , vi-

deant & admirentur hoc prodigium : Nutriuntur ipsæ omnes ex propriâ mammillâ Patris sui cœlestis juxta mentem cujusdam Patris Ecclesiæ , qui Verbum æternum nuncupat mammillam DEI Patris sui : *Christos est mammilla Patris* : Nonne enim per Verbum suum DEUS facit omnia. Nonne id est virtus ipsius , quæ creat , quæ conservat , quæ gubernat , quæ nutrit , quæque exsistit omnes creaturæ ? Ex virtute hæc egreditur infinita copia alimentorum deliciarum , condimentorum , panis , fructuum , vini , vestimentorum , cœlorum , saporum , odorum , formarum , figurarum ; & denique omnes creaturæ , nihil habent , nisi quod accipiunt ex divinâ hæc mammillâ. Et ecce MARIA sola facit Verbo adorando , quod facit id solum cunctis creaturis. Ipsa satisfacit ipsarum obligationibus , & velut universalis illarum procuratrix solvit omnia ipsarum debita , & reddit DEO per lac virgineorum suorum uberum , quod accipiunt omnes à DEO per suæ ubera providentiæ : quid admirabilius est , vel quòd DEUS nutriet omnes creaturas , vel quòd quædam creatura nutriet DEUM ipsum ? *O nutrit cuncta nutrientis !*

Sed O DEUS , quis imaginari sibi potest , quanta fuerit spiritualis læticia Sanctissimæ Virginis , quàmque immensa consolationum divinarum Mana Sanctissimè ab-

Sanctissima Virgo sciens lac suum Filii Dei , solvit debita omnium creaturarum.

Gaudium Sanctissimæ Virginis lactantis Infantem Jesum.

corpſeriat ipſius animam, quando in ſuis tenebat brachijs, ſuisque admoxyebat uberibus Filium Unigenitum DEI vivi, & ſupremum Creatorem mundi, gaudium Angelorum, felicitatem mundi univerſalem, chariſſimum ſuum theſaurum, ſuum per dilectum, ſua omnia: Si verum eſt, quòd Magi deducti ad pedes ipſius per ſtellam, tantà perfuſi ſunt abundantia gaudij, ex eo, quòd ſolùm viderint ipſum & adoraverint in abſeſto ſuo ſtabulo, ut Evangelium expri- mere id non potueſit, quàm co- acervando plura verba ſibi invicem, quæ non niſi eandem rem ſignificent: gaviſi ſunt gaudio ma- gno valde: quid judicandum ſit de Matre, quæ poſſidebat ipſam ſemper, quæ aſpiciebat ipſum in- ceſſanter, cui facultas erat, quæ pariat invidiam Angelis, exolcu- landi affectuoſè & reverenter ad- orandam ipſius faciem, quæ que tam frequenter ipſum portabat af- fixum regioni cordis ſui! quid di- cebat cor hoc, quidque faciebat? Sanè nonne credi poſſit, moritu- ram ipſam fuiſſe præ abundantia gaudij, niſi conſervata fuiſſet à manu DEI.

Proſtopha
devota ad
ſanctiſſi-
mam Vir-
ginem.

Quid facis, Virgo Sanctiſſima?
Lac meum do illi, qui dedit eſſe
mihi: & quid fiet ex hoc lacte?
fiet caro ipſius, & ſanguis ipſius:
Caro hæc, quam illi largior, tole-
rabit tormenta Paſſionis ſuæ; &
hic ſanguis, quem illi ſuppedito,

effundetur in Cruce pro omnium
peccatorum ſalute. Tu igitur eris,
quæ ſolves ipſorum debita, ſicque
eris ipſorum Salvatrix! Non, nun-
quam verum erit, me eſſe ipſorum
verè Salvatricem; ſemper tamen
verum erit, me ipſi ſuppeditatu-
ram, unde Salvaturus ſit ipſos; ſi-
quidem ſi non habuiſſet corpus,
quod ipſi dedi, paſſus non fuiſſet,
quod paſſus eſt, & ſi non habuiſſet
ſanguinem, quem expreſſi ipſi è
mammillis meis, non effuſiſſet
cum præ illis in Golgotha verti-
ce: ita ſemper mihi magna pars
erit in mundi Salvatione.

Bene igitur dici poterit, me per ^{Sanctiſſima}
ipſum, & ipſum per me ſalvaſſe o- ^{Virgo ope-}
mnes peccatores: dici etiam pote- ^{ratur om-}
rit, me per ipſum, & ipſam per me ^{nia per Jh-}
nutrire omnes veros filios Eccleſiæ ^{ſum Chri-}
in Sanctiſſimâ Euchariftiâ, eò quòd ^{ſtum Fili-}
is ipſis non daret corpus ſuum ad ^{um ſanctiſ-}
manducandum, nec ſanguinem ſu-
um ad bibendum, niſi hæc rece-
piſſet à me: Dicit inſuper ſemper
poterit, ipſos habere ſacram men-
ſam & lautum convivium, ubi nu-
triantur ex propriâ ſubſtantia DEI,
quæ ipſis ſit pignus & quædam
certitudo æternitatis beatæ: Pater
æternus & ego ad hoc omnes ſup-
peditamus impenſas: Et ſi Filius
meus Unicus, divinum hoc inſti-
tuens Sacramentum ordinavit, ut
quotieſcunque tractaretur formi-
dandum hoc myſterium, id fieret
in ſui commemorationem; Ecce
non etiam in commemorationem

Nonna 2

mei

mei, eodquod mihi tanta sit pars de munere pretioso, quod illis largitur; cumque recipiant ipsi ab eo idem Corpus, & eundem sanguinem, quem recepit ille à me pro ipsis; nonne ratione quadam hoc sit, ac si ipsimet à Virgineis meis penderent uberibus?

O DEVS! non sepatemus unquam Filium à Matre, nec Matrem à Filio in magno opere salutis nostræ. Si sepates Filium à Matre, ipsumque consideres velut nihil habentem ab illâ, non habebis Salvatorem, nec Redemptorem, solventem debita tua pretioso suo sanguine, eodquod non haberes Matrem, quæ suppeditaret ipsi per lac Virgineorum uberum suorum, pretium solvendum pro te: Id, quod recipit ab ipsâ per os suum, reddet aliquando nobis per vulnera sua; estque tanta inter ubera Sanctissimæ Virginis & JESU Christi vulnera conjunctio, ut in ambobus intueamur nostræ salutis fontes.

Macte animo, O homo! dicit nobis desuper devotus quidam Ecclesiæ Pater: Confidenter accede ad Thronum DEI, quantumvis reus sis & peccator, eodquod tam potentes habeas mediatores, Filium apud Patrem suum, & Matrem apud Filium suum; Filius monstrat Patri suo latus suum apertum, & vulnera, quæ accepit pro salute nostrâ: Mater monstrat huic suo Filio apertum suum gremium, &

ubera sua, quibus lactavit ipsum; ambo loquuntur pro te lactis & sanguinis voce, quam effundunt è regione cordis sui: An Filius negabit Matri suæ id, quod petierit pro te? An Pater negabit Filio suo id, quod postulaverit in favorem eum? Quomodo igitur patietis repulsam? Si id metuis; adijce adhuc lacrymas tuas duobus hisce pretiosis liquoribus; & facies ex his omnipotentem quandam Trinitatem, quæ reddet in terris testimonium certissimum salutis tuæ. *Tres sunt, qui testimonium dant in terrâ, spiritus, aqua, & sanguis.*

Relinquam te finiendo hanc Consultationem, ubi conspectus aliquando fuit sanctus Bernardus, inter JESUM Christum Crucifixum, pretiosissimi sui sanguinis, per sacratissima sua vulnera, torrentes effundentem, & Sanctissimam Virginem aperientem pectus suum, pretiosumque lactis sui necat ex uberibus suis distillantem: Ambo mirifice oblectabant ipsum; ambo abripiebant cor ipsius: Quod me vertam? Ex unâ parte adorandus sanguis certum me reddit vitæ æternæ; ex alterâ lac Virgineum preparat & propinat mihi rosæ cælestis dulcedinem: Quid est hic sanguis, divine mi Salvator? Est lac, quod hauri è purissimis uberibus Matris meæ: Quid est hoc lac, O Sanctissima Virgo? Est sanguis, qui exhibit & effluet aliquando è vulneribus Filij mei Unigeniti pro salutis

Arnoldus
carnot. de
laud. Virg.

Magna est
stimulatio
pro nostris
animabus

1. Jo. 1. 1.

Insignis de
devotus de
fectus S.
Bernardi

salute tuâ: O quantum mihi utraque sunt adoranda! O quantum mihi utraque videntur amabilia! Dubius hæreo inter utrumque, nescius, cui adhaream è duobus: *Hinc pascor à vulnere, illinc lactor*

ab ubero; Quò me vertam, nescio. Deluper deliberandi tibi otium relinquo, & dices mihi opinionem quam in sequenti nostrâ Consultatione.

* *

CONSULTATIO XIX.

Hypapante, ubi fit sermo de Purificatione Sanctissimæ Virginis.



Uo advenæ transibant per magnum quoddam oppidum, ubi omnis populus congregatus erat in Ecclesiâ ad celebrandum Festum Purificationis Sanctissimæ Virginis; cùmque ambularent per plateas, viderunt omnem illam multitudinem hominum egredientem è loco hoc Sancto, qui omnes portantes accensas in manibus suis candidas processionem adornabant juxta ritum Ecclesiæ. Spectaculum hoc quod nunquam viderant (non enim erant Christiani) rapiebat ipsas in admirationem, cùmque hujus ignorarent rationem, aspiciabant se invicem, lætè mutè interrogabant: An facti sunt hi homines, quòd tantas accendant candelas, dum plenus irradiat & candidat dies? Curiositate ducti trahabant moras, ut viderent rei fi-

nem; exin inter proseguendo, recensebat unusquisque, quid sibi dicitaverit imaginatio super id, quod conspexerant.

Incedebant admodum lentè, & respiciebant identidem post se, ut viderent, an veniret quisquam, qui ageret sibi hujus ænigmatis expositorem: & nos, qui exivimus ex Ecclesiâ cum duobus bonis presbyteris, quos accepimus viz comites eandem cum advenis tenentes semitam, animadvertimus à longè, & vix non oculis vidimus, quòd revolverent aliquid mente, quo non levi involverentur difficultate; acceleravimus aliquantisper gradum, ut assequeremur ipsos; & ipsi non solum subsistebant nos expectaturi, sed etiam aliquot passibus regressi concesserunt obviam nobis.

Cùm nobis jam essent proximi antequam nos salvos esse juberent, duorum unus perquam aspexit nos

Nann 3 inter-

Occasio
hujus Consultationis